

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116**

Italia - Ettenheim-Münster 114

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput III.

[urn:nbn:de:bsz:31-111162](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111162)

20. Tuscania [; Toscanada:] Urbis caetera sed vetus Epi-  
 scopalis ad Martam fluvium sita 16. miliaris ad ori-  
 entem à Castro. Ajunt ab Ascanio Aenea filio con-  
 ditam fuisse, prout prodit quaedam Inscriptio. An-  
 tiquissimis temporibus Salumbona vocata est, postens-  
 dim Tyrcheina, unde vicinum eidem nomen suum q Mare  
 sortitum esse dicitur; et denique Tuscia, à qua juxta  
 quorundam opinionem et provincia, quae nunc Eturia  
 vocatur Italicè Toscana nomen accepit. Amplafuit  
 et opulenta; postquam autem Saxes Sexies obfissa et  
 occupata, necnon admodum devastata fuit veterem  
 suum splendorem penitus amisit. Non modo  
 statim primis Eclisae temporibus proprios habuit Episco-  
 pos, sed et multos Sanctos viros et Romanos Pontifices  
 protulit. Eclisae Cathedralis, quae alias pulcherri-  
 ma vocat, et S. Petri dicitur, penè desolata jacet. In  
 hac urbe duo Franciscanorum et unum Augustiniano-  
 rum Monasteria et circiter bis mille anima numeran-  
 tur, aërem habet valde insalubrem. Sub Papa Inge-  
 nis IV. Illius Episcopatus Viterbiensi junctus fuit ita  
 tamen, ut Episcopus Viterbiensis simul et Episcopus Tus-  
 caniensis vocetur. Quiddam verbum hanc Patri-  
 monio S. Petri adiecerunt.

### Caput III.

#### De parte inferiori Italiae

#### Seu De Regno Neapolitano.

Regnum Neapolitanum seu Regnum Siciliae cis  
 Sphaerum [; Il Regno di Napoli:] infima parva Italiae  
 et Australis totius Italiae pars limitas habet ad Cam-  
 erum Statum Eclisae Romanae, et ad caeteras par-  
 tes mare. Totius Italiae maximus est Status, cujus  
 Longitudo 450. Latitudo 150. miliarium Italicorum  
 esse dicitur, et vixta peninsula numerari potest,  
 nam ad orientem mari Ionio, ad Septentrionem Sinu  
 Adriatico, ad austrum Mari Tursi, et ad occidentem  
 Statu Eclisae clauditur.

Antiquitus haec infima pars Italiae Gracia Magna  
 vocata est, quod in ea multi Graeci resedissent. Ubi  
 postmodum Saeculo XI. Normanni eam in suam rede-  
 gere potestatem, tum primo Comes, postea Dux  
 et denique Reges Apuliae dicti fuerunt. Postmodum fec-  
 tum est, ut haec Apulia et vicina Sicilia jungerentur,  
 triumque earum possessores Utriusque Sicilia Reges

hinc nomen regum  
 Neapolitanum intel-  
 ligitur

so nominant, scilicet Siciliae Citerioris seu Cis-pha-  
rum et Ulterioris seu Trans-Pharum, ita dictorum,  
 quod fere Pharus Messanensis dictum unam ab al-  
 tera separat. Verum a trecentis ferme annis Regnum  
 hoc Neapolitanum vocatum est, quod Postquam propterea  
idcirco idcirco idcirco nomen ab Urbe Neapoli totius Re-  
 gni Metropoli adeptum fuit. Postquam Graeci illud  
 incoluerant, multae in eo exiguae Respublicae fue-  
 runt, quarum Incola Apulii, Ausonii, Brethii, Hippi-  
ni, Lucani, Marsi, Pediculari, Caligni, Antuli, Salen-  
tini, Samnites, Sylbarita, Tarantini, Vertini, Volsci,  
 et Uppii fuerunt, donec tandem in Romanorum venit po-  
 testatem; post ipsos eadem imperarunt Gothi, deinde  
 Longobardi, donec ipsorum Rex Dietericus seu Desi-  
derius à Carolo M. devictus et captus fuit. Huius Ma-  
 gni Imperatoris filii ibidem partiti sunt cum Graecis,  
 qui patri haud voluerunt, ut quisquam alius partem  
 in eo haberet, unde aliorum portionem sibi offerre-  
 runt. Sub finem Saeculi IX. et initio X. seculi Sa-  
 raceni magnam illius partem sibi subiecerunt, po-  
 tentaque facti sunt; at Saeculo sequenti Tancredi  
 nobilis Normanni illos inde expulerunt, quorum  
 posterius atque in eo imperarunt usque ad Wilhelmum  
III. qui nullos liberos post se reliquit. Constantia Roge-  
rie Apulica Ducis filia, qua post eius mortem nata est, hanc  
 opulentam hereditatem ad Imperatorem Henricum VI.  
 eidem nubens attulit. Mortuus anno 1254. vel ut alii  
 volunt 1257. ~~manfredus~~ Imperatore Conrado IV. ipsius Rege-  
 te, Manfredus ipsius frater nothus, cuius Conradino  
 ipsius filio et herede legitimo adhuc impube regnum sibi  
 asseruit. Verum Carolus Andegavensis frater Ludovici  
Sancti gallicorum Regis accepta an. 1265. à Papa Clemen-  
te IV. Regni Neapolitani et Siciliae investituram sequen-  
 ti anno Manfredum proelio fudit et occidit; et anno  
1268. Conradinum avitum regnum occupare volentem  
23. Augusti prope Olannum seu Trucinum lacum  
 in Apulia ulteriori pariter devicit, et Arduus  
Latii Urbe captum Neapolim deduci ac anno se-  
 quenti 29. Octobris ibidem capite plesti iussit. An.  
1282. Patrus III. Aragonis Rex, qui nomine Cons-  
tantiae Manfredi filia, cui nupserat, ~~per~~ in Utrius-  
que Siciliae Regnum ius pretendebat, à Sicilianis, qui  
galorum tyrannidem et impudicam vitam haud am-  
plius fave valebant, imploretus die Dominica Bascha-

7 filii

an. 1186.

tis, quamprimum ad Vesperas campanā signum datur fuit,  
 in tota hac insula Gallos ad unum omnes incolarum ma-  
 nibus trucidari curavit; unde haec Laniena Siciliana-  
 rum Vesperarum nomen adpta est. Haecum hoc initi-  
 um dedit notis libris inter bias Andegavensem et  
 Aragoniam familias. Alphonsus V. Aragoniae  
 Rex post mortem Joanae II. Neapolitani Status Regi-  
 nae, Statum hunc seu Regnum occupavit et Sicilia,  
 quam jam possidebat, adiecit adversus Renatum An-  
 degavensem an. 1442. Eidem successit illius filius  
 notus Ferdinandus, hinc filius Alphonsus II. et  
 Ferdinandus II. frater ipsius: tandem Fridericus hujus  
 Ferdinandi filius à Regibus Ludovico XII. et Ferdi-  
 nando II. Aragoniae Regibus foedere junctis Regno extur-  
 batus est, quod ipsi inter se partiti sunt: at an. 1504.  
 Aragoniae seu Hispaniae consilio excitata circa limites  
 Italiae Gallos ejecerunt, ac Solum deinceps eidem Regno do-  
 minati sunt. Post mortem Caroli II. Hispaniarum  
 Regis unam universam Successione Hispaniā ad Phi-  
 lippum Ducem Andegavensem Ludovici XIV. Galliarum  
 Regis nepotem an. 1700. devolutum est, qui an. 1702.  
 in Neapolim solemniter investus fuit, at ubi Gallorum  
 res in Italia deteriores factae sunt, tum Austriae Ar-  
 chidux Carolus, postea Imperator sub nomine Caro-  
 li VI. an. 1706. idem occupavit ac retinuit usque  
 ad pacem Ultrajectensem, quae an. 1713. conclusa  
 fuit, at in qua Sicilia Regnum Sabaudiae Duci tradi-  
 tum fuit, hincque deinceps Sicilia Rex dici voluit.  
 Cum vero an. 1717. Hispani Regnum hoc invasissent,  
 Bedemontani Austriacos in auxilium vocaverunt.  
 Tandem in pace Londini conclusa idem Imperatori  
 restitutum fuit, sicque ambo Regna Neapolitanum  
 Siciliae et Sicilianum sub suam adducit potentiam,  
 atque pacifice possedit usque ad an. 1734. quo His-  
 paniae illa occupaverunt, ac Carolum Philippum His-  
 paniarum Regis filium eorundem Regem procla-  
 marunt, quorum possessio in pace praesumptis  
 Vienna in Austria erectis ipsi confirmata est, cum-  
 que Imperator an. 1737. vellet utriusque Siciliae  
 Regem agnovit. Caterum Regnum hoc fandum  
 est Capuae seu potius Regnum Chientelave quod  
 à Papa Innocentio II. Regis Rogerio II. qui ab an.

1130. usque ad an. 1143. rebus Eclésiasticis profuit, Regi Ro-  
gario II. in feudum seu clientelam Romanæ Eclésiæ  
traditum est; unde Rex Neapolis singulis annis in vigilia  
S. Petri et Pauli per legatum suum equum candidum  
cum pretioso instructum et mansuetum, in quo 7000. aureo-  
rum sunt, ante principem S. Petri Eclésiæ portam  
in collati beneficii recognitionem offerre solet.  
Quod regiminis formam attinet, idem Monarchicum  
est, Regisque potestas etiam in Clerum extenditur.  
Religio in hoc Regno est Romano-Catholica. Equidem  
hinc inde, imò etiam Neapoli ibidem Metropoli Religio  
Græca toleratur. Adhuc etiam Albanesi, qui ta-  
men publicum Religionis hæc exercitium non habent.  
Antehac quoque Hebræi hæc tolerati fuerunt, verum quod  
fraudes quam plurimas exercebant, à tempore Caroli V.  
usque ad an. 1740. proscripti manserunt; tunc enim  
propter commercium liberam in hoc Regno habitatio-  
nem semel obtinuerunt; at libertas hæc ænigme  
Jurationis fuit, enimvero an. 1743. Regis mandato  
iterum amandati sunt.

S. Januarius Regni patronus est, cuius caput et San-  
guis Neapoli in Eclésiæ Cathedrali asseruatur et ali-  
quoties in anno publicè exponitur.

Caro Neapolitana et vinum totius Europæ optima  
habentur; equi Neapolitani et muli Neapolita-  
ni omnis Europæ equis et mulis præferuntur. Hye-  
mis tempore hæc nullum sentitur frigus, et in æsta-  
te subfrigida è montibus spirat aër. Magnus mons  
Apenninus per medianam regionem porrigitur, hæcque  
ambo ibidem vasis occidentem et orientem latera valde  
duo sunt Amphitheatra, quæ per totam diem à Sole  
illustrantur. Regnum hoc præstantissima et  
fertilissima est totius Italiæ regio, nam quia in sub-  
terraneis specibus magna Pyrophyllaria contineri vi-  
detur, prout ea ignivomis montibus facile conjici po-  
test, hinc ipsa calore quodam intrinseco ita agitatur,  
ut jam primo vere pulcherrimos fructus necessario  
profere debeat, ut sunt Cedromela, Mala aurea,  
Amygdala, Ficus, Frumentum, Linum, Cannabis,  
Anisum, Coriandrum, cera, Mel, Ferrum, Chalybs,  
Sulphur, Alumen, Crystallum montanum, Marmo-  
ris et variorum Mineralium fodina. Adhuc  
etiam Arborum fructus, et omnis speciei fruges hor-  
tenses in magna copia et perfectione. In

Calabria multum Manna colligitur, ac ibidem ut et  
 in alijs Regni hujus plagis crocus colitur, qui Orientali  
 aequiparatur. Montes, qui mediam partem regio-  
 nis partem occupant, multum vini et olei profertur.  
 Oleum in magnâ copîâ ab Anglis devehitur, quemad-  
 modum frumentum ab Hispanis. Vinea hinc cum  
 præcipuis totius Italiae vinis de primatu certant; spe-  
 cialiter vinum lacryma Christi dictum celebratur,  
 quod nomen habet a guttis, quæ post illius maturita-  
 tem à bacis defluunt; additis nominis Christi  
 abusus est, à quo alienigenus quidam ingeniscendi hum-  
 lit occasionem. ô Domine, cur non etiam in terris  
nostris lacrymatus es? Lana etiam in hac regione  
 subtilis est et bona, et seta adeo copiosa est, ut de  
 illa regionibus exteris provideri possit; frequens eti-  
 am pulveris stercutatorii et saponis hinc exercetur  
 commercium. Magna terra fertilitas aliaque  
 natura prærogativa, quibus Regnum Neapolitanum  
 superbit, haud impediunt, quin incommodis hinc præ-  
 matur; enimvero præter frequentia Janna, quæ  
Vesuvius mons locis sibi vicinis facit, regio hæc  
 præsertim in sua parte inferiori terra motibus crebro  
 commutitur, ac ubique reliquæ et rudera multa - & tristes  
 num olim celeberrimum urbium, quarum modo vix no-  
 men superest, cum stupore cernuntur. Aliud in-  
 commodum, quod ipsi tamen cum alijs Italiae regioni-  
 bus commune est, sunt lacertæ copiosæ, quæ domos  
 ipsas penetrant. Majoræ adhuc molestiam creant  
Scorpiones, qui non tantum in maceris et sub magnis  
 lapidibus, sed et in habitatis aedibus reperiuntur; ma-  
 ximam vero Tarantula Scorpionis species, quæ præci-  
 pua in infima Regni plaga occurrit, et ab Urbe Ta-  
rento ibidem sita nomen habet.

Quod genus Incolarum attinet communiter sunt  
 superstitiosi, ac ita tenaces et desidiosi, ut in summa & præsertim mulieres,  
 rerum abundantia vix non fame pereant, ac otio-  
 si potius et lacris vestibis incidere malint, quam labo-  
 re sibi necessaria comparare. Qui rura habitant  
 venationem diligunt. In urbibus vero theatralibus  
 spectaculis multum temporis perditur. Mulieres illu-  
 tres amatoris blandimentis sunt debita adeo, ut ipsa-  
 rum mariti merito zelotyri esse possint. Plebeji  
 vero convorum instar furari dicuntur, ita, ut in Cala-

brā septimum Decalogi præceptum à catechismo deletum esse videatur.

Regnum Neapolitanum vulgò in quatuor majores et principes regiones ~~dividitur~~, quarum qualibet tres minores complectitur, dividi solet: suntque Campania Felix seu Terra Laboris; Apuntium; Apulia; et Calabria. Campania Felix sequentes continet minores provincias, nempe Terram Laboris propriam seu in specie; Principatum Citeriorem, et Principatum Ulteriorem. Apuntium complectitur Apuntium Ulterius; Apuntium Citerius, et Comitatum Molisinum. Apulia Capitanatam; Barianum Agrum, et Terram Hydruntinam. Calabria denique Basilicatam; Calabriam Citeriorem, et Calabriam Ulteriorem. Quas singulis Sectionibus et paragraphis expendimus.

136.

Sectio I.

De Campania Felici seu Terrā Laboris.

Campania Felix seu Terra Laboris: Terra si laboriosa: Limites habet ad Orientem Mare Tyrrhenum, ad Septentrionem Basilicatam, ad Occidentem Capitanatam, et ~~Meridionem~~ Comitatum Molisinum, et Apuntium Citerius; ad Meridiem Dominium Pontificium. Strabo lib. 9. Cicero Agrar. II. c. 28. Florus lib. 1. c. 16. et alii auctores fertilitatem et pulchritudinem hujus provincie celebrant, idque proinde novum illius nomen, et Felici cognomen quod olim gestavit.

Quidam post derivum Campanie nomen ab Urbe Capuā derivant, quæ illius Metropolis erat. Alii autem volunt à situ agrorum suorum, et à fertilitate suâ nomen istud adeptam fuisse, illudque et ab ea Urbe Capuam dictam esse. Ipsius incolæ ortum ducunt à Samnitibus, qui, prout Strabo refert, nomen suum mutaverunt. Idem Strabo ait Anonios et Opicos huc olim vesedisse, ut et Cumanos, qui à Chalcis huc venerant, Turcosque duodecim Urbes in hac provincia construxisse, quarum præcipua fuit Capua; postquam vero hi populi molles et voluptuosi facti sunt, tum eos Samnites expulerunt, atque, ut Titus Livius memorat, Campanorum nomen assumpserunt, hancque nominis mutationem ad an. 332. post Romam conditam rejicit: Auctor Olympiarum illam ad annum 3. Olympiadis 87. collocat, id est, ad

annum 315. post Urbem conditam. Diodorus Siculus ante-  
 tem illam ad annum sequentem reponit, memorat-  
 que hos populos adversus Dionysium Tyrannum arma  
 sumisse, necnon per prodicionem urbes quasdam  
 occupasse. Cicero ait provinciam hanc esse Gra-  
 narium Italiae; et Filorus lib. i. c. 18. De illa haec  
 effatur: Omnium non modo Italia, sed toto orbe  
terrarum pulcherrima Campania plaga est. Ni-  
hil mollius coelo; denique bis floribus vernat.  
Nihil uberius solo; ideo Liberi <sup>et</sup> crevisque certamen  
dicitur. Adit Plinius suavam Campaniae odo-  
 ram haud Aegyptis cadere. Et haec ipsa hujus venus-  
 ta regionis amoenitates Hannibalis animum laxa-  
 rant, illiusque cladis causa fuere.

\* Liber idem ac  
 Boachus.

Fluvii, qui illam perflunt sunt, Garilianus,  
 seu Liris; Gavigliano; Sarno; Saone, alias etiam  
 Livigliano; Vulturinus; Volturino; Canis; Ca-  
 nis, alias Batna; Sarnus; Sarnus alias Scafati;

Montes in ea sunt praecipui Vesuvius; Vesuvio alias  
 Monte di Somma, itam Summone seu Sommita; Ban-  
 silipus; Bosilipo; Cistellus; Monte Citello; Astre-  
 nus; Astrugno; Mons Christi; Monte Christo; Mons  
 Draconis, alias Mons Maficus; Monte Dracone;

Duo etiam occurrunt subterranei specus, sili-  
 cet Bajanus seu Cumanus, et Neapolitanus.

Mors singulis S. S. quos continet, provincias expe-  
 dimus.

S. I.

137.

De Terra Laboris propria.

Terra Laboris propria; Terra di Lavoro; alias  
 etiam Laboria Campi dicta limites habet ad Septen-  
 trionem Apuntium Ulterius et Citerius; ad Orien-  
 tem Comitatum Molisium et Principatum Ul-  
 teriorem; ad austrum eundem principatum et  
 Neapolitanum Maris Sinum; et ad occidentem Mare  
 Tyrrhenum et Campaniam Romanam seu Lati-  
 um. Eius longitudo iuncta mare est fere 140. mil-  
 liarium; latitudo maxima 33. Fertilissima et  
 et populosissima, aereque habet saluberrimum,  
 necnon thermis abundat. Inde quoque respectabilior  
 est, quod ipsius Metropolis toti Regno nomen imper-  
 tiatur. In ea tres numerantur Archiepiscopatus,

Seletem  
 jorset pi  
 s minor  
 ia Taha  
 Labria  
 provin  
 aie; Bin  
 orom.  
 Apun  
 Apulia  
 Hydrun  
 Calabri  
 Quas  
 imus.  
 di ha  
 Tyr  
 an, ad  
 on con  
 4, ad  
 stit  
 lujis pi  
 illuy  
 ant.  
 ab Ur  
 i. Alti  
 litate  
 bea  
 e ortu  
 est, us  
 thronis  
 i a Cal  
 is in ha  
 hnt Ca  
 ptu  
 que, ut  
 puse  
 332  
 an  
 est, ad

at sat multi Episcopatus. occurrit hic

1<sup>o</sup> Neapolis: Napoli: Civitas antiquissima, opulenta, et populosissima, et una pulcherrimarum totius orbis urbium, Caput Regni, cui nomen tribuit, cum Archiepiscopatu, Universitate, et quibusque Archiebus, munitis, necnon Sinu maris. Ea aequo ubique pulchra est. Situs ipsius amoenus est, Palatia magnifica, praecipue Regium, Eulania superba, platea mundissima ubique magnis quadratis lapidibus latrunculariorum tabularum instar strata, ac plerumque ad lineam ducta et lata, domus in altum porrectae et conformis architecturae, necnon fere omnes planis tectis instructae.

Inanis Civitas haec variis calamitatibus velut tot horribilibus procellis agitata fuerit et afflicta, nihilominus nunquam adhuc inter nobilissimas totius orbis urbes recenseri meretur, quin illas omnes venustate sua penè superare videtur. Roma, Lutetia Parisiorum, Londinum, Vienna Austriae, Venetiae, et quamplures aliae celebres urbes aequidem pulchris superbiunt palatiis, at quae tamen sordidis aedibus sunt intermixtae, cum è contra Neapolis nulla domus occurrit, quae venustate non sit. Incolarum amplius quingenta milia numerat, inter quos magna Nobilium, et Mercatorum copia. Murosum ambitus septem milia passuum non excedit; sed amplissima et adificiis densa Suburbia septem numero videntur longius latiusque urbem extendere, quam depressio stranguant definitaque muri angusti; in quibus comprehensa ad decem et octo milia ambitum suum profert, et à Caputoglio in montem, quod Neapolim usque spatium est: est autem bis mille passuum: occupant adeo urbes adeo, ut transiens illarum hinc median urbem ingressus esse videatur sibi. Foris Caputoglio monte et appendicibus eius magna omnium fructuum fertilitate laetantibus undecumque collibus ad orientem aequè ac ad septentrionem et occidentem vallata est; ab austro aperta vitreum aequor circumfusum in theatralis sinus modum contingit: hinc piscium copiam et dulcem inter castros ignes auram capit: inde praeterquam quod veluti munimento tegitur defenditurque à ventorum levitate mille fructus ex fertilissimis salicet

collibus carpit, aquarumque saluberrimas haurit, quae in-  
 ter Suburbanum amoenissimum Praetorium 1. Roggio  
regale vocant, quia Regina Scaeva fuerat: collectae  
 aetque porro in urbem innumerabilibus quae publi-  
 cis quae privatis fontibus manant. Bique solum  
 placidum et piscibus abundans mare, caelum benignum,  
 nil ultra est, quod ad urbis hujus, quae haec habet, fe-  
 licitatem desiderari queat. Illam insuper tutan-  
 tur quinque propugnacula nempe: 1. Arx S. Erasmi  
Sancti Erasmi 1. Castel S. Elmo: in septentrionali ur-  
 bis apice posita et velut excelsa rupi insculpta urbi  
 opposita et agro longe lateque subiecto opportunè im-  
 minet. A Roberto Rege, qui anno Christi 1343. statis  
 sua 64. ad plures abiit, exortatam Carolus V. Imperator  
 et eius filius Philippus Hispaniarum Rex validis operi-  
 bus auxerunt firmavitque ut civibus cum tuta-  
 mentum tum praesidium esset. 2. Castellum Novum,  
 quod littori praesidio est, habet quatuordecim mira vesti-  
 tatis propugnacula, aggeres montium instar circum-  
 jectos, validos insuper muros et amplas fossas influen-  
 tibus è vicinis mari undis stagnantes, turres quinque, et  
 superbum in media arca palatium, armorum praer-  
 terea copiam incredibilem. Illud Carolus I. Neapo-  
 litanorum Rex et Divi Ludovici Gallorum Regis  
 frater contulit: communit vero inferiori aere  
 Alphonsus Aragonius, et post eum Carolus V. Im-  
 perator. 3. Contra hanc arcem sita est Turris  
S. Vincentii, alias Turris puerorum dicta, quod man-  
 te capti, at pueri, qui correctione indigent, in  
 ea includantur, quam Galli urbe exanti et om-  
 nibus viribus oppugnati sex tamen menses tenuere,  
 eaque pertinaciam apud omnes gloriam, et apud hos-  
 tes gratiam sibi peperere. 4. Castellum Ovi  
 1. Castel del Ovo sic dictum, quod ovalis formae fi-  
 gura sit; in excelsa positum saxo non nisi angusto  
 et manu seu arte facto aggeri continenti jungi-  
 tur, ac non minus maris sinum, quam caetera arce, litto-  
 ra, tutatur. 5. Turris Carmelitarum 1. Torrione de Carmelitani.  
 Praeter haec munimenta Neapolis insignem portum  
 habet, quem magnis impendis latissimus agger quin-  
 gentos circiter passus productus ab littore per vada maris  
 et ingentium saxorum compage solidato clausit Alpho-

Ius I. Aggerem hunc Neapolitani Italia Molo, id est, Molem vocant. In ejus capite fons est aquae salientis, de fossis sub terrâ fistulis ex urbe deducta.

Universitas Neapolitana foundationem suam Imperatori Frederico II. acceptam refert, quam an. 1254. Innocentius Papa IV. confirmavit. Ejus Collegium Stu-  
dii nostri dictum amplissimum et magna publicitatis est aedificium. Omnium artium et scientiarum Professores, in eo Scholae habent et habitationem. Ipforum Salaria pingua sunt, et copiosi Discipuli seu Scholares.

Neapoli universim 304. Eclesiae sive Parochiales sive Claustrales numerantur, Monasteria virorum et mulierum 127. scilicet 18. Dominicanorum, et 8. Dominicanorum, 8. Augustinianorum, et 5. Augustinianorum. 8. Carmelitarum, et 5. Carmelitarum. 2. Carthusianorum. 2. Calastinorum. 5. Canonico-  
rum Regularium, et 1. Canoniarum. 1. Benedictinorum, et 5. Benedictinarum. 1. Olivetanorum. 4. Fratrum Minorum. 3. Servitarum. 1. Hieronymitanorum. 1. Camaldulensium. 1. Basilianorum. 1. Monachorum de Monte Virginis. 6. Theatinorum, et 1. Theatinorum. 3. Clericorum Regularium. 3. Fratrum misericordiae. 6. Jemitarum. 3. Operariorum piarum. 3. Barnabitarum. 4. Patrum Scholarum piarum. 1. Sommarcorum. 5. Patrum misericordiae Hispanorum. 2. Monialium Hispanarum. 2. Canonico-regularium Congregationis Lucensis.

Adhuc quoque 5. Orphanotrophia puerorum, et 29. puellarum et mulierum. 11. Nosocomia. 5. Seminaria clericorum. 4. Eclesiae Principales cum titulo Basilicarum. 32. aliae Parochiales, et 70. aliae seu Sacella, quae Presbyteri saeculares administrant; et plusquam 130. confraternitates Sacella seu Oratoria.

In Eclesia Cathedrali, quae structurae magnificentia superbit, caput S. Januarii Episcopi et Martyris, nempe ejusdem sanguis in vasculo crystallino aservatur, et quotannis prima Dominica mensis Maji incredibili cum pompa, clero ac populo per urbem supplicatum eunte circumfertur. Cor-

tum est frigidum eum et coniectum, cum in altari  
statuitur et ejusdem Martyris capiti applicatur, ben-  
ne liquefactum agitari et velut ferridum spumare.

In Templo S. Dominici conspicitur imago Christi  
crucifixi, ad quam cum S. Thomas Aquinas pre-  
ces funderet, ferunt editum fuisse ab imagine hoc  
responsum: Bene de me suspicisti Thoma.

Inter multa eaque magnifica Nobilium pala-  
tia eminet Regium juxta navalia Summo littori  
imposita Solum. Non procul à mari extat  
forum rerum venalium, in quo angustum, humile,  
jam horrens vetustate Sacellum extat, pridem exton-  
tum memoria Conradini ultimi Suevici Ducis, qui  
una cum Frederico Austria Duce avitum regnum juste  
reperituros in Italiam veniens ab illius imperatore  
Carolo S. Ludovici Galliarum Regis fratre, prope  
Nivium Lacum |: Lago di Celano:| proelio victus,  
et ex fuga retroactus tandem jubente et spectan-  
te ipso Carolo Summo supplicis unacum Socio suo  
Frederico Austriae è vivis sublatus est. Immense  
fauis rei indignitate aenea conei's detestata est,  
et è precibus unius Robertus scilicet Glanvicia Co-  
mes inuit, ac adacto in viscera ferre Judicam,  
qui condalis supplicii sententiam tulerat, evaca-  
vit. Ad hanc inhumanitatem Carolum ferre ali-  
unde indolis principem à Papa Clemente IV. qui eundem  
Regnum hoc contulerat, inductum fuisse, quidam me-  
morant isthoc eloquio: Vita Conradini mors est Caro-  
li, et mors Conradini vita Caroli. Ipso in loco, quo  
sanguinem juvenes profunderunt exitatum illud,  
quod diximus, Sacellum fuit; Conradini ossa in pro-  
pinquo Carmelitarum templo humata subter terram  
fuerunt.

Jucula, quorum, ut diximus 50000. numeran-  
tur, bombyce, sine, equis, alumine, chalcanto,  
Sulphure, Crystallo montano, p. negotiantur.  
Incredibile est, quantam Apparitorum et Advoca-  
torum seu Causidicorum multitudinem Civi-  
tas hæc contineat. Toto Orbe notum est Responsum  
Marchionis Carpii responsum, quod Innocentio Pa-  
pa XI. 30000. porcorum ab ipso petenti dedit, scilicet  
se eadem tot porcos hanc quidem prestare hanc valere,  
quod si autem 30000. Causidicorum indigeret, se

illos omnes ad ipsius nutum habere paratos. Nec etiam hujusmodi hominibus Neapoli defuit occupatio. Pauci in ea praetantioris notae viri inveniantur, qui late aliqua implicati non sint. Communis pars est, quod Nobilibus Neapolitanis, ubi otium ei est, quod frequenter evenit, seris se levitiori suo comitari includat, ac commentaria sua perolvat, visuras, cum non proximo suo litem intentare, illamque vexare possit, adeo hujus populi animi in dolens a tempore Statii mutata.

\* Statius: Publius Papinius: Poeta caelebris sub Domitiano Imperatore Roma floruit, inde sub finem vitae sua Neapolim venit, ubi et mortuus est circa an. chr. 100. Scripsit inter alia opera quinque libros sub Silva titulo.

est, quippe de quo ipse Silva lib. 3. sic canit:  
 Nulla fore rabies, aut scintilla iurgia legis,  
 Moris iura viris solum et sine fascibus aequum.

Neapolitanis etiam semper vitis vasa fieri otium et voluptas. Id partim à soli fertilitate, qua tantum laborem haud requirit, partim à climata, quod ipsorum corporum fibras somniferas, populumque ad desidiam propensum et intolerantem afficit, provenire potest.

Unde etiam autem in proveniat, memoris tenemus, Neapolitanos olim aqua ac nunc his laborasse vitis. Horatius enim Epist. 5. ait: Otiosa Neapolis. et Virgilius Metamorph. lib. 15. Et in otia natae Barthenopen. Antiquitas Neapolis Barthenope nuncupata fuit, quod mox dicemus.

Neapoli via presentisitur hyems, et jam mense Januarii prodit amocna tempestas, at vix terra motibus obnoxia est. An. 1456. per integrum mensem terra motu concussa fuit, ut et annis 1702. 1703. 1706. et 1744.

Anno 1528. Galli eam obsederunt, at Lucus, qui illorum exercitum invasit, qua bis mille milites perierunt, illos obidionem solvere coegit.

Anno 1707. se Carolo III. Hispaniarum Regi postmodum Imperatori sub nomine Caroli VI. ultra se dedit. Anno 1734. Carolus Philippi V. Hispaniarum Regis filius, modo etiam Hispaniarum Rex illam occupavit ac 10. Novembris solemniter illam ingressus est, ac ibidem regionem tenuit usque ad an. 1759. quo Ferdinando VI. Hispaniarum Regi 10. Augusti vita funto, ipse Regnum hoc occupavit.

Superest modo, ut de Urbis hujus antiquitate pauca adjungamus. Antiquissima est, prout

4 fratre ipsius

Supra jam memoravimus, atque primum Barthe-  
noppe vocata fuit, quod, ut aliqui narrant, cum  
 Ulysses et Socii ejus amoeni Sirenis Barthenopes,  
 cantus Discrimen evafissent, Marina hac Nympha  
 in Desperationem acta i rure se dederit praecipiti-  
 tem, ac Balaopoli sepulta fuerit. Sed hae fabu-  
 lam redolent. Alii contendunt Barthenopen Eu-  
 melii Thestibia Regis filiam et Alextes neptem  
 ex patris sui regno Coloniam huc deduxisse, nec  
 non ubi huius nomen deditur, quae prius alio, sed  
 nunc ignoto, fuerit insignita. addit Historia, Cu-  
 manus veritas, ne supra Cumas urbem suam hae  
 se evheret, illam exidisse, at cum postea peste  
 crudeli ~~esse~~ venari evafissent et ab Oraculo  
 intellexissent eam hanc esse, nisi prius Bar-  
thenopen pristinae statui restituisent, ibique Dea  
 hujus templum coluissent, illam demum restaurasse,  
 et à graecis nominibus Κόλις Urbis et Vea nova Nea-  
polim vocasse. Quidquid ea de re sit, videtur  
 tamen ex his graecis vocibus Neapolim à graecis con-  
 ditam fuisse; et quod adhuc certius est, Romam  
 antiquior est, cui nihilominus se subdidit, illa  
 besaltamque fidem servavit; unde in illius fidei-  
 tatis recognitionem Romani non modo sub Consu-  
libus sed et adhuc Imperatoribus liberis  
 et sibi foederatis Civitatibus illam annumerarunt.  
 Sita est sub 29. gr. 10. min. Longitudinis, et 41. gr.  
 Latitudinis.

2<sup>o</sup>. Buteoli | Buzzuolo seu Buzzuolo: | antiqua <sup>129.</sup>  
 Civitas unam ora et portum ~~habens~~ Sedis Episcopi  
Metropolitani Neapolitani Subiecti; ~~in~~ supra  
 eodem prope mare in amoenissima totius orbis ora  
 9. miliaris ad Orientem à Neapoli sub 25. gr. long.  
 min. 6. et 41. lat. m. 6. posita.

Circa illius originem varia circumferuntur opi-  
 niones. Eusebius à Saniis exitatum arbitratur eâ  
 aetate, qua Bontus Tarquinius Romam expulit. Alii  
Cumano illius conditores constituunt. Adhuc alii,  
 quos fabulosa delatant opiniones, ajunt Dicaum Ter-  
entis seu Neptuni filium illius esse fundatorem. San-  
lanias bis illius meminit, atque Tyrhenorum urbem  
 vocat, quin de illius auctore quidquam loquatur. Jam  
 antiquitus Buteoli dicta fuit. Graeci illam Di-  
caarchiam nuncuparunt, idque vetustissimum ipsius

nomen est. Dicaarchia, inquit Stephanus, Urbis Italiae,

\* Festus (Avianus) la- quam Butulos vocari ajunt. Ipse necnon Festus hujus  
 tims Boëta, floruit Urbis latini nominis causam adducit. putorem aquarum  
Saulo W. sub Gratiano cabidarum, que in eâ regione occurrunt, vel multi-  
 et Theodosio Imperato- tudinem putcorum earundem aquarum causa factorum.  
 ribus. Titum Livium Cicero orat. pro M. Coel. Butulos Urbem liberam vocat,  
 versibus Jamblicij et Ep. ad Atticum Prüllam Romanam. Eo tempore, quo  
 dit. Quidam arbi- Hannibal adversus Romanos bellum gerabat, Urbis hac nu-  
 trantur illum esse nita erat, in qua Romani sex milia 6000 hominum ha-  
Rufum Festum Ar- bitrè praesidium, qui Hannibalis conatibus resistebant.  
 annu Sen Avianum, Titus Livius lib. 34. c. 45. et Vellejus Paterculus lib. 1. c. 19.  
 qui orbis descriptio- memorant Romanos finito bello, Butulos Romanam  
 nem, et librorum de Coloniam fecisse. Quando Tacitus lib. 14. c. 27. ait,  
 ora maritima hæp- eam sub Nerone Imperatore. Colonie nomen fuisse  
bit, necnon fabulas adeptam, id non de simplici Colonie jure, quo jam diu  
Asopi versificæ suppfit. gauderet, intelligi debet, sed de jure Colonie Augus-  
ta, quod priore præstantius est. Frontinus de Colo-  
niis etiam Butulos Coloniam Augustam nunupat.

Urbis hæc, quæ olim adeo magna et celebris erat, nunc  
 in comparatione antiqui splendoris sui parum commen-  
 dabilis videtur. Beda, terra motus, maris alluvio-  
nes, et denique omnium verum edax tempus illam  
penè destruxerunt. Quamplurima magnificorum  
adificiorum ruinæ totæ hujus veteris, magni-  
ficientia et splendoris monumenta. Aëris, qui  
ibidem spirat, salubritas, et Sitis amoenitas, positan-  
tium aquarum abundantia, necnon Soli focundi-  
tas probat Romanos haud absque ratione locum hunc  
in amore et delitiis habuisse, necnon divitiarum suarum  
partem in erigendis in eo voluptariis ædibus et hortis im-  
pendisse. Et profecto nihil adeo illæ ac hujus loci situs,  
nihil pulehrius ac ipsius portus vidari potest, nec quid-  
quam juvencius cogitari potest, quam colles, qui verius  
Butulos sumit initium, et secundum mare, quod illi-  
us rudices alluit, porrigitur. Collis istæ ab ædibus  
voluptariis Ciceronis, Neronis, Flortensii, Bisonis, Marii,  
Cæsaris, Compeji, Senilii, et multorum aliorum or-  
namantum suscepit: tanta quoque in hoc est trac-  
tu est maris malicia, ut ipsum fluvium esse videa-  
tur. Denique omnia ibidem adeo juvencia sunt et  
grata, ut Boëta finxerint Ulysses hoc loco rese-  
disse, cujus amoenitas laborum et periculorum  
à se caunt lato oblivioni seum fecerit.

Romani ibuc aliquot post finitum bellum an-  
 nis Praefectum miserunt, atque postmodum ob

suam magnitudinem, valida moenia, supra rupem et ad mare illius situm, necnon angustum, qui ad eam per portam patebat, aditum maximi momenti propugnaculum facta est. Modo potiore ampla hujus Urbis partem mare inundat, ubi tamen varia vetera monumenta, quae conservata fuerunt, ~~offenduntur~~ offenduntur. Non procul ab Ecclesia S. Jacobi visuntur ruinae Amphitheatri ex saxi quadratis constructum, cujus arena 172. pedes longa, et 38. lata sunt. In media veteri urbe situm erat. Traditio fert in hoc spatio S. Januarium Episcopum Beneventanum unicum alios sex Christianis nempe Sotio, Proculo, Euticete, Aentio, Testo, et Desiderio an. 290. factis objectum nec ab eis laesum, ~~postea~~ postea Sulphureum Montem (Solfataram) unam <sup>7</sup> prope unam eius capite truncatum fuisse colere, ubi nunc ipsius Ecclesia visitur, supra cujus altare haec Inscriptio legitur: Locus Devotionis S. Januarii et Sociorum eius. Circa ibidem Amphitheatrum complures subterranea caelae occurrunt ad eas confusus inter se ostis, ut labyrinthi speciem referant. forte aquae receptacula fuerunt, quae spectantibus usui essent.

Ecclesia Cathedralis praesertim illius pars anterior uniusdem Jovis Templi marmoris ruinis insidificata est. Idem in honorem Augusti Imperatoris ex utatum fuerat, prout frontis fastigium insculptus iste titulus docet:

L. Calpurnius L. F. \* Templum  
Augusto cum ornamentis  
S. D.

\* filius L. Bionis,  
eius, quem Ciceronis  
inactiva  
petit.

In ea corpus S. Januarii quiescit, et S. Proculo Martyri et Diacono dedicata est. Traditio fert Corpora S. Celsi Sancti Petri Apostoli Discipuli et Sanctae Nicaeae S. Proculi matris etiam ibidem sepulta esse. Ex eadem Traditione habemus S. Petrolum unum ex 72. Discipulis Christi à S. Petro Apostolorum Principe primum hujus Urbis Episcopum fuisse constitutum.

hinc Amphitheatrum loco, quem Bisatumum vocant, Dianae aedis ruinae apparent: ulterius ad sinistram Ecclesiae S. Francisci occurrit Tem-

plum Neptuni olim tutelarum Puteolanorum Numinis  
 unicum vestigium porticus ipsius, de qua meminit Cae-  
 sar. Sunt tamen, qui velint non Neptuni sed Hadri-  
 ani Imperatoris Templum seu Sepulchrum fuisse.  
 Formae à regione ibidem videntur ruinae Templi  
 Dianae.

Infra Puteolos ad maris latus, committitur reliquiae  
 pontis duorum Imperatorum insania monumentum,  
 Neronis scilicet et Caligulae. Ille ad male perden-  
 das res, natus inde Bajas usque per medium maris  
 Sinum, ubi in latitudinem patet ter mille et sex-  
 centos passus, lapideam pontem coepit extendere, et  
 iam quinque ac viginti perfectis pilis, quae singu-  
 lae latae erant pedes 60. altae non minus 50. distita  
 ab se invicem intervallo pedum 170. magnum ma-  
 ris spatium constraverat, cum nescio quis casus in-  
 cepto desistere eum coegit. Verum enim vero post-  
 ea extitit portentosi operis imitator C. Caligula  
 generis humani monstrum, et minor quidem co-  
 natus, magno attamen auso onerariis navibus  
 inter se colligatis, inspersaque arenâ constratis  
 pontem per idem maris spatium, quod Dio 24.  
 Stadiorum aut passuum trium millium quingenti-  
 torum fuit, Bajas usque perduxit; tum velut de  
 subjugato ad Xerxis imitationem mari trium-  
 phans toto biduo transcurrit: Primo die, ait  
Suetonius in ejus vita, phalerato equo, insignis  
quoque quereâ coronâ et ceterâ et gladio aureâ  
que clamyde; postridie, quadrigario habitu, cur-  
riculo bijugi famosorum equorum pro se ferens  
Darium puerum ex Balthorum obediens  
comitante praetorianorum agmine et in epseis  
cohorte amicorum, etiam multos in mare de-  
turbavit, multos apprehensis navium gubernac-  
ulis haerentes detruendi remis et contis iussit sa-  
visimus tyrannus, alieno corio ludens.

Multi contendunt lapideas pilas, illas à Nero-  
 ne exiitatas non pontis causâ, sed Puteolani portus  
 munimenta seu molem fuisse; laudantque eam  
 munimenti portus rationem, ut exemplo frequentia  
 eâque laxa intervallo fiant, quò inveni libero  
 fluxum mare possit, et libero refluxum trahere

locum aranam et coenam. Alii tamen contendunt  
Caligulae pontem à mole portus distinctum opus  
esse.

3<sup>o</sup> Crypta Neapolitana seu Specus Bausilypi mon-  
tis: Crypta di Napoli seu di monte Bosilipo: In-  
tra octavum à Napoli midiare versus Butucolos  
occurrit promontorium seu mons arduus et aspe-  
ritantem non insuperabilis proinde viatoribus mo-  
lestissimus. Bausilypus vocatur à graecis *βαυσιλυπός*, ut  
communis fert opinio, *καυβωλύμ* quies et *λεϊπειν* re-  
linquere, quod iter per illum Neapoli Butucolos moles-  
tissimum et nimis longum, atque illae transeuntes,  
quiescere haud siceret. Hoc incommodum arse  
medio tulit; enimvero perforat huius montis ra-  
dices, et rectissimam viam in utroque illius aditu  
80. usque 100. pedes latam, et 18. usque 20. altam  
per mille passuum ferme spatium facit, aperit-  
que latera montis aliquot in locis, quae incidens  
luna abigeret tenebras et horificum squalorem,  
qui in Crypta, utpote subterranea non poterat ni-  
si plurimus esse; quod Strabo Lib. 9. testatur his  
verbis: Lumen à superficie montis, excisis passim  
fenestris, ad justam satis altitudinem demittit-  
ur. At infausto quodam casu, obstructis fenes-  
tris, huius usura omnis adempta est, nisi quod pro-  
cul opposita fauces exiguum et candenti Stella  
similem radium immittunt; eò dirigunt iter  
palpitantes in coevis carere viatores. Jamque de-  
neca aetate locum hunc perinde ac nostram pul-  
verem et tenebris gravem fuisse ipsemet conqueritur  
Ep. 57. Sunt qui illam Virgilii Cryptam vo-  
cent, quod ejus sepulchrum iuxta huius Cryptae  
fauces ad lavam in edito entet aggerem, qui Pom-  
pilius Agri Hydruntini urbe vita functus voluit,  
ut illius cadaver huc deferretur. Olim illud no-  
vem columnis ornatum, ac supra eas urnam hu-  
jus civitatum Principis cineres servantem fuisse  
ajunt cum hoc epitaphio: Mantua me genuit  
Parthenope; cecini parva, ruina, Dives.  
Quis excellentis et commodi operis istius ductor

fuisset, haud satis perspicuum est. Quidam ajunt mon-  
tam hunc humi aetate Cicconi coarctante, quis-  
dam Cornejo circa Romano habitis in opere centum mil-  
libus hominum intra quindecim dies perfossum fuisse.  
At hoc est fabula et inane figmentum; qui enim  
in tam angusto spatio tot hominum millia simul  
vel etiam per vices operari potuissent. Alii Cim-  
merios vaticinios regionis istius incolas opus hoc  
perfecisse ajunt. Cornejum tamen certe aliquem  
illius Auctorem fuisse Strabonis aetate vulgò facta-  
batur, ut ipse memoria prodidit. Cornejerimus  
equidem virum quemdam Romanum, cujus nomen  
conjectatur Duntanat, cujusque conditio, et tempus  
quo vixit ac ingens opus hoc aggressus ageretur est,  
ignoratur, opulentissimum fuisse, magnamque  
manipiorum habuisse copiam, et qui, ut sibi  
nomen immortale pareret, Cryptam hanc fieri  
curasse.

4<sup>o</sup>. Surrentum seu Surrentum 1: Sorrento seu Soranto,  
ac Surrento: 1 urbs à regione Neapolis in extrema illius Sinis  
parte ac confinis Principatus Citerioris, in fertili vini-  
que feraci planitie sita 24. miliaribus ad austrum  
à Neapoli. A Graecis condita fuit. Illius memi-  
nere Comptonius Mela lib. 2. c. 4. Plinius lib. 3.  
c. 5. Ptolomaeus lib. 3. c. 5. Strabo, Stephanus  
Geographus, Silius Italicus lib. 8. v. 544. et  
Frontinus, qui lib. de Colon. illam Surrentinum  
Oppidum vocat, atque fuisse Coloniam Romanam  
ait. Prope illam occurrunt colles Surrentini cele-  
bribus vineis consiti, quarum vinum optimis qui-  
busque Italiae vinis haud palmam cedit. Idem  
laudat Ovid. Metamorph. lib. 15. v. 710.

Et Surrentino generosos palmita colles.

Et Martialis:

Surrentina bibis? nec murchina pita, nec aurum  
Sumo: dabunt calices haec tibi vina suos.

Urbs haec jam an. 500. sedes fuit Episcopalis, ac an.  
968. à Papa Joanne XIII. facta fuit Archiepiscopalis,  
eique tanquam Suffraganea data sunt Stabiae 1: Cas-  
tel à mare di Stabia 1: Massa Lubrensis, et Vices  
Aequensis.

7 sunt

Rudera seu ruinae variorum antiquorum aedifi-  
ciorum, quae ibidem offenduntur, tot illius primis  
splendoris monumenta. Interalia occurrunt ruinae

Temporum Corus, Fortuna, et Minerva.

Nobilitas Surrentina admodum numerosa est. In hac urbes in lucem editus est Torquatus Tassus inter Poetas Italos celeberrimus an. 1544. et an. 1595. Romae egenus vivere defuit. Hic numerantur novem. virorum et duo Monialium Benedictinarum Monasteria praeter quamplures confraternitates.

5<sup>o</sup> Stabia |: Castel a Mare di Stabia:| Urbs Sedes Episcopi Metropolitae Surrentini, vel, ut alii volunt, ~~Salernitani~~ Salernitani Suffraganei. Sita est 5. miliaris ab ostio Sarni fluminis ad Austrum et versus Surrentum, a quo 10. miliaris, et 18. a Napoli versus Ewo-aquilonem Analphim versus, distat.

In ea occurrit vetus Castrum, et commodus portus in orientali littore Neapolitani Sinus sub monte positus.

Anno 1654. Galli sub Duce Guisio eam occupaverunt. Plinius et quidam alii Veteres huius urbis meminere. Et recentioribus aliqui eam esse Pompejum seu Pompejos arbitrantur, cuius mentio fit apud Plinium Lib. 3. c. 5. et Strabonem Lib. 5. p. 147. Statius Lib. 2. Carm. 2. Silv. v. 265. inde sumit occasionem Sarnum fluvium Pompejanum ~~verandi~~ synonymizandi.

Nec Pompejani placeant magis ostia Sarni. Seneca occasione istius urbis nominis fabulam tenit; Hercules, inquit, in quadam Campaniae urbe triumphi sui pompam exhibuit, a quo urbs haec Pompeji vocata est. Modò devastatus locus est, atque Terra Annumtiationis |: Terra dell'annuntiata:| dicitur.\*

6<sup>o</sup> Baja |: Baja:| olim urbs Misenum Promontorium inter et Puteolos cum portu maris Lura figuram referens, in quo trieres tuto consistere possunt. Idem meminit Plinius Lib. 3. c. 5. et Suetonius in vita Augusti memorat, Imperatorem hunc ibidem, adruo in Lucrinum et Avernum lacus maris, ampliasse, ac praecipisse, ut

\* Quidam urbem hanc in Principatu litorali collocant.

Sive Portus Julius ad Bajas vocaretur. Urbs  
 haec admodum angusta fuit, et Josephus illam  $\pi\epsilon\alpha\lambda\iota\text{-}$   
 $\delta\pi\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon$  urbem lami nuncupat. Aes vetus fuit, ut  
 ei pro fundatore datus fuerit Bajus Ulyssis socius.  
 Sita est in extrema parte Sinus ab ipsa Bajanus dictus,  
 qui pars est Neapolitani. Juitis exiguum  
 duntaxat, quod primum diximus, oppidum seu  
 urbem fuit, verum, cum multos opulentos  
 viros, quibus molis et otiosa vita erat ad geni-  
 um, loci amoenitas huc adducisset, tum ex op-  
 pido ~~portus~~ ~~urbem~~ in urbem exiit magni-  
 tudine Butulos aequantem. Ei adiacens ager  
 fecundissimus erat necnon frumenti et vini  
 feracissimus. Lucinus Lacus, aequae ac reliqua  
 hujus Littoris aqua, pisculentissimus erat. aderant  
 etiam Thermae salubres, et plurima venusta  
 ambulacra, p. inde factum, ut locus iste am-  
 niuum vitiorum officina fieret; ibi namque  
 turpissima vita homines ailibet libidinum  
 generi indulgebant. At quantum quon-  
 dam locus hic habitatus fuit, tantum hodie deser-  
 tus est, ac ubi palatia aedisque voluptaria,  
 quae circum urbem magno numero aerebant,  
 fuerunt, modo non nisi tristia dirutaorum do-  
 morum et murorum vestigia supersunt, quae  
 horridam exhibent solitudinem, in qua nil ni-  
 si vepres, Iunci, et ~~serpentes~~ serpentum stabula. Ho-  
 minem vix videas, in toto littore, ubi olim tan-  
 ta turba fuit, nisi quod supra portum impositam  
 iugo arcem triginta milites praedio obtinent.  
 Inter Bajas et Misenum occurrit praedium  
 aliquod Bauli dictum, ubi Agrippinae Neronis  
 Imperatoris matris sepulchrum videtur, quam  
 ipse Antio redeuntem in Sicilia, quam ibidem  
 ipsa habebat, trucidari iussit.

Milliaris a Bajis inter mare et Acherontem  
 foetidam paludem, quam Virgilius Aeneid. lib. 6.  
v. 107. terebrosam paludem vocat, occurrunt  
Campi Elysi.

7<sup>o</sup> Cuma [Cuma:] antiqua et celebris urbs  
 in Tusci maris littore 10. miliaris ad occidentem  
 a Neapoli sita. Olim admodum munita fuisse  
 creditur, nam memoria probatum est, Ner-

letam Imperatoris Justiniani Bellidnem illam  
difficili obidione. Tejae. ultimo Ostro-Gothorum  
Regi arripisse.

Strabo ipsius originem Cumais seu Cymais Bo-  
lia populis tribuit, quibus Chalcidenses adju-  
git. Plerique foetarum nullos alios funda-  
tores ipsi adscribunt nisi Chalcis in Euboea  
incolas. Virgilius lib. 6. inquit ait:

Et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris.

Statius Sibylam Cumanam velut Euboicam  
notat: Euboica domum Sibylae. In es-  
dem Seneca Ovidius ait:

Carminis Euboici fatalia verba.

Aguas Cumanas ob illarum morbos sanandi vim  
aprimè celebrarunt. Jam dudum urbs haec  
devastata fuit, ac de ea nihil amplius super-  
est nisi rudus et suggestus lapidum. Proxima  
hujus urbis ruinis autem visitur, in quo ferunt  
habitasse magnam illam et celebrem Sibylam  
Italicam, qua, inquit Agathias, Apollinis  
munere correpta consulentibus futura praedixit.

Olim in hac urbe. Sedes Episcopalis fuit, quo-  
initio saeculi XIII. Averam translata est.

8. Avernus s: Averno: Laeus celebis justo millisai  
à Lau Lucino distans. Olim Aornus vocaba-  
tur, quod nomen à Graeco Alpha privativo et  
ὄρνις avis derivatur, ac si diceretur Sine avi.  
at postmodum mutatis quibusdam litteris Aver-  
nus dicitur est. Laeus Acherusius etiam voca-  
tus fuit, voluti ab infernali fluvio Acheronte  
te ortum duceret juxta mentem Virgilii Aeneid.  
lib. 6. v. 106.

..... Quando hic inferni janua Regis  
Dicitur, et tenebrosa palus Acheronte refluxo.

Olim aër eidem incumbens adeo pestifer erat,  
ut aves cum pervolantes mortui caderent; nec  
non illius aquae sulphure ultra modum infectae  
ita insalubres erant, ut sine vita periculo bibi  
haud possent; quod memoria providerunt Lu-

iamus, Silius Italicus, Plinius ex Varro, et Virgilius *Aeneid. Lib. 6. v. 257.*

Quam super haud ulla poterunt impune volantes  
Tendere iter pennis . . . . .

Unde locum Graeci dixerunt nomine Aoron.

Attamen certum est, modo aves impune super eum volitare: forte terra motu quodam canales seu aquagia, per qua id in eum influeret, quo ipsius aquae inficiebantur, et subitium proinde tantum periculorum exhalationum causa erat, obturata fieri: provariam arbores, quae lacum hunc undique cingebant, illiusque aquas umbrâ sua tegebant, excisae fuerunt; unde nunc ipsae satis limpidae sunt et clarae subobscuro tamen caerulei coloris saporisque aeri et metallici. Reliquiae, quae in variis locis circum huius lacus reperiri videntur, supersunt, indicant, locum hunc, postquam scilicet arbores illae, quibus circumdabatur, excisae sunt, probe cultum fuisse. Incertum tamen est, num veteres muros, qui in extrema huius lacus parte visuntur, sint Templi alinijus Mercurio vel Neptuno sacri reliquiae. Vulgus communiter arbitratur ibi Apollinis Templum extitisse, cui tamen Antiquarii unanimiter obstant. Idem vulgus credit Christum Iesum à Lybno comitantibus SS: Patribus venientem transisse per montem huius lacus vicinum, qui propterea Mons Christi vocatur. Unde Boëta quidam occasionem sumit hos versus edendi:

Et locus, effregit quo portas Christus Averni,  
Et Sanctos traxit lucidus inde Patres.

Ad lacum 40. vel 50. passuum ab hoc lacu spatium offenditur autrum, à quo Sibylla Cumana responsa jactasse dicitur.

9<sup>o</sup>. Vicus, Vicus Aqualis, Vicus Equalis, Vicus Aqueus: | Vico di Sorrento, Vico Equanese, Vico Aqueense: | Urbs versus mare supra collam, in

mediavia à Surrento versus Stabias 4. miliaris  
 ab his binis urbibus sita. Adificata prohibetur  
 à Carolo II. Neapolis Rege ex urbis Agrua ~~romana~~  
 seu Agruana vel Equa ruinis. Circa annum  
 1300. Bonifacius Papa VIII. in ea Sedem Episcopa-  
 lem à Veteri Agrua translata constituit sub  
 Metropoli Surrentinâ. Anno 1694. terra  
 motu subversa est, ita, ut vix quadraginta  
 aedes illarum permanserint. In Ecclesia Ca-  
 thedrali, quam Rex Alphonsus in honorem  
 SS. Cyriaci et Joannis condidit, antehac pra-  
 ter Episcopum unus Archidiaconus, Primi-  
 carius, Archipresbyter, Decanus, Cantor et  
 Thesaurarius unicum octo Canonicis modo qui praesentant;  
 autem non nisi septem numerantur cum  
 uno Archidiacono. Proventus Episcopales  
 summam 250. scutorum Romanorum  
 haud superant.

10.º Mastra Lubrensis Urbs supra exiguum  
 promontorium, quod Athenaeum, Bransf-  
ium, Sivernum, et Minerva dicitur, Ita-  
 licè Cabo di Mastra seu Campanella, è  
 regione Caprea seu Caprearum Insula  
 3. miliaris ad Euronotum à Surrento po-  
 sita. Titulo Principatus gaudet, ha-  
 betque Episcopum Archiepiscopi Surren-  
 tini Suffraganeum.

11.º Vesuvius calcebris et excelsus mons et pra-  
 ruptus mons 5. miliaris ad Euronotum à Nea-  
 polis distans. Apud Poetas interdum Vesuvus  
Vesujus seu Vesbius nuncupatur. Italice  
Vesuvio, Vesavio, vel ob illius altitudinem  
Summone et Sommita, vel etiam ob vici-  
 num praedium Somma dicitur Monte di Som-  
ma vocatur. Continuis fœq. fumigat,  
 ac interdum flammam ~~emittit~~ magna vine-  
 rum, lapidum, bituminum, sulphurum p. copia  
 impregnatas eromit, quae velut ignitum fle-  
 men totam circum regionem inundat ac de-

vastat. A Neapoli usque ad supremam hujus  
Vesuvii montis partem octo miliaria Italica  
numerantur, siquæ ab illius parte infimâ,  
ad quam usque à Neapoli quinque numeran-  
tur, ad supremam trium miliarium spatium  
est. Via à Neapoli ad illum patet jun-  
ta littus maris per multos pagos; eorum ul-  
timus Resina nuncupatur, ubi hæc inscrip-  
tis an. 1631. lapidi insculpta legitur, quæ ve-  
luti monitum est ad posteros.

» Postari, Postari, vestra res agitur. Dies fa-  
» vicem præfert diei; nudius perendino. Adverti-  
» te. Vicies ab latu Solis, ni fabulatur Histo-  
» ria, arsit Vesuvius, immansi semper cla-  
» de hæsitantium: ne posthac inertos oc-  
» cupet, mones. Utarum gerit Mons hic,  
» bitumina, alumina, ferro, sulphura, au-  
» ro, argento, nitro, aquarum fontibus  
» gravem. Serius, ovis ignescet, pelagoque in-  
» fluente pariet; sed ante parturit. Conventi-  
» tur, conventitque. Solum, fæcibus fumigat,  
» coruscet, flammigerat, quatit ærem, hor-  
» rendum immugit, boat, tonat, arect fini-  
» bus accolas. Emigra, dum licet. Jamjam  
» erititur, erumpit, mixtum igne lacum ero-  
» nit, præcipiti ruit ille lapsu, levamque fu-  
» gam prævertit. Si conipit, actum est, pe-  
» risti. Anus Salutis MDCXXXI. Kal. Jan.  
» Philippo IV. Rege, Emanuele Francia et  
»unica Comite montis Regii Brevege, repe-  
»tita Superiorum temporum calamitate, sub-  
»lidiusque calamitatis, humanius, quo magni-  
»ficantius, formidatus levavit, spectus oppres-  
»sit incautos et avidos, quibus lar et supellex  
» vita potior. Tum tu si lapis, audi i laman-  
» tem lapidem. Sperne larem, sperne sanium-  
» las, mora nulla fuge.

Sex miliaris Italiis à Neapoli et propius  
adhuc Vesuvio occurrit locus Torris Graeci; Tor-  
ra si Graeci dicitur, qui an. 1698. ignitis Ve-

fluvio initis mensis Junii ~~per~~ devastatus fuit;  
in ejus vicinia caquidam Vinum Graenum crescit,  
hac altera legitur Inscriptio:

» Viam à Neapoli ad Rhegium perpetuis an-  
» tica latrocinis infamem, et conflagrati Ven-  
» tii Saxi impeditam, purgato insidiis loco, ex aqua-  
» ta planitie, latam rectamque dixit aere Ro-  
» vinciali Berasanus. Ribera Ascalano Duc  
» Prorex, An. Dom. M. D. LXXII.

At o!

» VIIIo, et IXo. post anno Calend. Januarii Phi-  
» lippe IV. Rege, fumo, flammis, boatu, conumpu,  
» cinere, inruptione, horrifius, si unquam, Va-  
» luvius, nec nomen nec faeces tanti Viri extimuit.  
» Quippe, exardescens caris specubus igne, ignitus,  
» furans, irruigens, exitum eluctans coëritus aër,  
» ac discepto violentar Montis culmine, immansi  
» erupit hiatus postrobia, ejaculatus trans Helles-  
» pontum cinerem, propis trahens explendam vi-  
» am belagus immite belagus fluvios sulphureos,  
» flammatum bitumen, foetas alamine cautes,  
» informe cuiusque metali rudus, mixtum aqua-  
» rum voluminibus ignem, ferventemque undante  
» fumo cinerem, belaque, finestamque colluvi-  
» am jugs Montis exonerans; Pompejos, Hercula-  
» num, Octavianum, perstrictis Reatina et Bor-  
» tica, Sylvasque, Villasque, Aldesque momento  
» stravit, usit, diruit; luctuosam pro se praedam  
» agens, vastumque triumphum: p. An. Sal. M.  
DCXXXIV.

Hisce duabus Inscriptiois tota hujus formidanda  
di Montis historia contineri videtur, quas ideo  
huc attexere placuit. Illius ignitorum flue-  
tum à Mundi creatione quamplurimi nune-  
rantur. Ab ortu Christi vero primus fuit an.  
81. Secundus 245. Tertius 421. quartus 685.  
quintus 968. sextus 983. Septimus 1036. octavus  
1038. nonus 1138. Decimus 1139. Undecimus  
1430. Duodecimus 1500. Decimus tertius 1631.

Decimus quartus 1660. Decimus quintus 1682. Decimus sextus 1698. quo Urbs Tunis Graeci penitus subversa fuit; Decimus septimus an. 1707. Decimus octavus 1712. Decimus nonus 1724. et vigesimus an. 1727.

12.<sup>o</sup> Nola Civitas Episcopalis sub Archiepiscopatu Neapolitano 14. miliaris versus Orientem, non procul à Monte Vesuvio, et prope Clanium [Alano:] fluvium posita. Vetusissima est. Historici et Geographi illius tanquam muniti loci meminerunt, et à Chalcedonibus fundatam dicunt; sunt tamen qui à Tunis conditam volunt. Ptolomaeus et Strabo illam apud Pincetinos collocant, Titus Livius in Samnis illam reponit. Hannibal an. 540. post urbem conditam in castrum illam obsedit, et ad illius portas Consul Marcellus cum eo praelium inivit. Vespasianus illam Romana Colonia titulo decoravit. Titus Livius Lib. 23. c. 14. illius incolae Nolanos, et territorium Nolanum agrum vocat. Hic Imperator Augustus diem Supremum obiit.

In hac Urbe multorum Sanctorum corpora asservantur, ac inter alia S. Felicis Martyris ibidem Presbyteri, et S. Paulini, qui an. 409. illius Episcopus factus an. 431. vita functus est: primus fuisse dicitur, qui ad divina officia Campanarum pulsum instituit, cum prius in toto Christidno orbe nullum fuerit Campanile. Civas S. Felicem tanquam patronum venerantur.

Episcopatus Nolanus inter antiquissimos recensentur, quippe quod S. Petrus Apostolus vel saltem ipsius Discipuli huc Christianam religionem huc annuntiasse dicantur. Praeter Euleariam Cathedralen, quam 20. Canonici administrant Nola adhuc multa alia, quamplures confraternitates Laicae, Seminarum Collegium, Clericorum Seminarium, Nosonomia p. numerantur.

13.<sup>o</sup> Caserta Urbs exigua cum titulo Duratus, sita prope Vulturum [Vulturno:] fluvium sub monte ejusdem locum nominis 18. miliaris à Napoli et 4. à Capua. Habet Episcopum Archiepiscopi Capuani Suffraganeum. Saepe quam Urbi similior vix ultra 300. incolas continet. Ex ea tamen prodire viri celebres, inter quos fuisse Cardinalis Julius Antonius Sanctorinus, et illius Duo Nepotes Julius Antonius Archiepiscopus Consentianus, et Paulus Amilius Archiepiscopus Urbinatensis.

14<sup>o</sup> Acerra | Acerra | Urbs Episcopalis sub Archiepis-  
copo Neapolitano sita ad Clanium flumen in via,  
qua Neapoli Beneventum ducit 8. miliaris à Nea-  
poli et 6. à Nola versus Capuam. ~~excessiva~~ Popu-  
losa haud est. Hannibal, teste Livio lib. 23. c. 17.  
illam occupavit, diripuit, et incendit. Attamen  
breui restaurata est, quod in Civili bello mentio illius  
fiat apud Appianum lib. 1. p. 639. Augustus  
idem inivit Coloniam, à qua demum edificata  
fuit.

15<sup>o</sup> Avessa seu Adversa Urbs cum veteri Castro,  
in qua antiqui Neapolis Reges resederunt. Sita  
est in venusta planitie, mediâ viâ inter Ca-  
puam versus Aquilonem, et Neapolim versus  
Austrium. Titulo Comitatus gaudet. Rober-  
tus Guiscardus Normannus Apulia et Calabriae  
Dux illam idem condidit, ut ea ea Neapolitanis  
Dammum inferret. Color posita dicitur, ubi  
vetus Atella stetit. Habet Episcopum Me-  
tropolitae Neapolitani Suffraganeum sed ta-  
men ejus jurisdictione exemptus. Nosocomium  
et Ecclesia Cathedralis celebrantur, ac exqui-  
situm vinum, quod Aspinum vocant, inde  
Romam copiose devchitur.

16<sup>o</sup> Capua Civitas sita ad Vulturum flu-  
men 16. miliaris ad Septentrionem à Neapoli.  
30. ad Occidentem à Benevento, et 2. versus Orien-  
tem à veteri Capua celeberrimâ olim urbe et 12.  
a Tyrrhenis inhabitatarum Capite, unde Capuam  
dictam fuisse quidam Veteres autumant; quam  
Longobardi Saeculo VI. penitus devastarunt, et sola  
aquarunt; ex cuius ruinis haec, quam modo descri-  
bimus, excitata est. Quamvis autem id evenerit,  
equidem pro certo sciri haud potest, atque veri-  
similiter credunt aliqui, memoratos Longobar-  
dos, post excisam veterem Capuam, hujus novae  
fundamenta jecisse.

Angusta est, et parum spectabilis. Multae in  
ea occurrunt Inscriptiones et marmorea fragmen-  
ta à veteri Capua huc adlata, ex quibus seques Dis-  
tichon Superest:

Urbs Capys hoc campo? ambitiosa huius annula Romae?  
Barbula quam magni corporis ossa jacent!

Nova urbs ita auidam Principi longobardo spacia-  
liter paruit, antequam nempe Normanni, ex quibus  
hisc Dominis in unum contractis, modernum Nea-  
polis regnum instituerunt. Castro et propugnacu-  
lis instructa est, quae an. 1708. nova arte immu-  
tata urbem efficiunt munitissimam. An. 1707.  
3. Julii pacis conditionibus Casarci illam obtinuerunt.  
an. 1734. 24. Novembris Hispani strenuum  
Casarcum Belliducem Comitem de Traun, qui tunc  
in ea imperabat, ad Iuditionem compulerunt.

Capua habet Sedem Archiepiscopalem an. 968.  
à Papa Joanne XIII. erectam, quam tenuit Car-  
dinalis Bellasminus ab an. 1602. usque ad an. 1605.  
quo sponte illam reliquit, vir in pauperes benefi-  
centissimus.

An. 389. Siricius Papa hic,  
sive potius Capua veteri concilium celebravit, quo  
Schemata Antiochenum, quod Occidentales aequè ac  
Orientales Ecclesias turbabat, extingueretur, ei-  
dem proceffit S. Ambrosius, et Aetia, Thesalonica-  
lis provincia demandata fuit Bononi Macdoniani  
Episcopi, qui errores quosdam disseminat, causam exa-  
minandi. Anno 786. Carolus Magnus hanc urbem  
occupavit, et sequenti illam unacum aliis urbi-  
bus Sedi Romanae donavit. An. 1057. hic Con-  
cilium celebratum fuit, in quo post multas con-  
tradictiones tandem Victor Papa III. electus, Ro-  
manusque deductus ibidem coronatus fuit. Nor-  
manni, qui Saeculo XI. urbem hanc obtinuerunt,  
in ea Principatum instituerunt, illiusque  
primus Princeps Bandulfus fuit, quam tamen  
an. 1053. Richardus I. occupavit. Sub exitum  
Saeculi XI. Imperator Otto IV. Capuam subegit,  
vel prout Bertoldus Constant. ad Hærom. conto.  
an. 1091. apud Ustisium Tom. I. Rer. Germ. p. 364.

narrat, cives an. 1091. Normannos eiecerunt. An.  
1118. Jenuis huius habitum est Concilium sub Ge-  
lacio Papa II. in quo Henricus V. Imperator una-  
cum Mauritio Burdino, qui tempore Gregorii  
Papa VIII. Antipapa fuit, anathemate perculus  
fuit. Quaedam alia adhuc minoris momenti ce-  
lebrata fuerunt Concilia. Anno 1250. Conradus  
Friderici II. Imperatoris filius Capuam obti-  
nit, illiusque muros dirigit, quod Neapoli-  
tans supplicias tulisset.

17<sup>o</sup> Calvirum seu Calvum | Calvi: | Urbs exigua et pene deserta, ut in qua non amplius viginti aedes extant. Sita est 6. miliaribus à Capua versus Teanum. Circa annum 879. ab Arnulpho Capua Comite excitata fuit. Anno 1555. Turcae eam frustra obsederunt. Habet Episcopum Metropolitae Capuani Suffraganeum. Ex ruinis Veteris Calvi Urbis, quae ab antiquis etiam Calvi in plurali vocata est, excitata dicitur.

18<sup>o</sup> Alifia, seu Alipha | Alifa, Alifi: | Urbs vetus sub monte Apennino prope Vulturum sita. Bene devastata est, ac vix 50. aedes in ea numerantur. Habet Episcopum Archiepiscopi Beneventani Suffraganeum, qui Bedemonti oppido 2. miliaribus ab ea distans residet.

19<sup>o</sup> Venafrum seu Venefrum | Venafrum, Venafrum, Venafrum, Venefrum: | Urbs exigua sed antiqua, quippe cuius antiqui Scriptores frequentes meminerunt. Sita est ad Vulturum aliquot miliaribus a confiniis Comitatus Molisini 20. miliaribus versus Aquilonem à Capua. Iuxta Plinium Lib. 3. c. 5. fuit Colonia Romana. Olim quoque ab exquisitis oleis hoc celebris erat. Habet Episcopum sub Archiepiscopo Capuano. Equidem Episcopatus iste vetustus est, quando autem fundatus fuerit, incertum est. Primum, de quo habetur memoria, fuit Constantinus, qui an. 499. Concilio Lateranensi interfuit. Ecclesia Cathedralis vetus est et amplum aedificium contra urbem situm. Idem 18. Canonici administrant. Adfunt huius etiam Septem Confraternitates laicae, et varia Monachorum et Monialium coenobia, Xenodochium, Mons pietatis, et Seminarium.

20<sup>o</sup> Teanum, Teanum Sibiicum, Tiarum | Tiano, Teano, Thiano: | Urbs olim Sibiicorum Italiae populorum Caput, et Colonia Romana 4. miliaribus versus Occidentem à Capua. Hodie Teanum exigua suntuata urbs est et Sedes Episcopalis sub

Metropoli Capuana an. 333. à Papa Sylvestro fun-  
data. Ecclesia Cathedralis medioris est amplitudi-  
nis at magnificae Structurae. Eadem praesent praer-  
ter Episcopum 16. Canonicos. In ea sunt duo Monas-  
terium Benedictinarum, et aliquot. Virorum Monas-  
teria. inter quae praecipue celebratur illud Mo-  
nasterium, quod B. Virginis Mariae de Horis vocatur,  
et à Longobardis eo, quo huic urbi imperaverunt,  
tempore exortatum est. In hujus urbis vicinia  
offenduntur aquae metallicae. is salubres, qui cal-  
culo laborant. Teanum olim Ducibus de Me-  
dina Didonia paruit, ac proximum an. 1709. ab Im-  
peratore Carolo VI. Philippo Guiljelmo Laurentio  
Comiti de Daun, qui Neapoli Vice Rex fuit, sub  
titulo Principatus datum fuit.

21.º Calenum ꝑ: Carinola:| Urbs Sedes Episcopi an.  
1087. ab Orisole huc translata sub Archiepiscopo Capua-  
no. Sita est prope Montem Maficum, 4. millia-  
riis à Mari Thurno versus Teanum, et totidem  
ad Euronotum à Sueffa, et 12. à Capua, quae ipsi  
ad Euronotum est. Propter insalubrem, qui in ea  
spirat, aërem exigua est et Viso humilis, nec ultra  
40. continet aedes. Titulo Comitatus gaudet. Ipsi-  
us territorium olim Itabates nuncupatum fuit, ac  
a sua fertilitate et exquisito vino celebre.

22.º Sueffa, Julia Felix Sueffa, Sueffa Bo-  
metia ꝑ: Sessa, Sesa, Sessa:| Oppidum seu potius  
Urbs Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Capuano Sita  
5. miliaris ad Caerum à Caleno Cajetanum inter et  
Capuam. Quamvis, si illius numerorum amplitu-  
do consideretur, satis ampla sit, à pristino Statu  
huc tamen multum defecit, ita, ut sola formae  
vetustas illam spectabilem faciat: creditur enim  
esse vetus Sueffa ad quam Boemetii se receperunt  
postquam Tarquinius Senior illos patriam suam expulsi-  
set; et ab eo tempore Sueffa vocata fuit. Aru-  
nii quoque seu Aruini huc etiam confluxerunt,  
ubi à Consule Tito Manlio Devicti fuerunt, qui  
Sidiicinis eorum hostibus supplicias tulerat. Prae-  
cipua etiam fuit Volturnorum Urbs; ac tandem Ro-  
manis se subiecit, qui 440. post urbem conditam  
annis Coloniam ex ea fecerunt. Multa extra-  
nea et civilia bella sustinuit, et sub Imperatori-  
bus Adriano et Antonino in pristinum Statum se  
restituit, quod veteres Inscriptiones, quae ibidem  
reperitae fuerunt, indicant. Quod una ex illis

Cassius Inveniam Colonis fuerit, quae Romanis nec mili-  
 tas nec pecunias dare voluerunt, ab obitu graviter  
 et severe punita fuerint, habetur ex Livio. So-  
 lum modo vini et frumenti feracissimum est.  
 Titulo Duatus gaudet, ac Duribus de Beana fa-  
 milia Cardonensis parit. Multos incolas nume-  
 rat, et circum eam occurrunt ~~occurunt~~ pulcher-  
 rima Nobilium praedia, Vini, aedes voluptaria,  
 optima pomaria.

Huius ~~Epis~~ Urbis Episcopatus antiquissimus est, ac  
 jam saeculo V. in ea fuisse Episcopi, quis autem illo-  
 rum primus fuerit, ignotum est. Ecclesia Ca-  
 thedralis honoribus ~~S. V. Mariae~~ et 33. Apосто-  
 lorum Petri et Pauli dicata admodum venusta  
 est, necnon 20. marmoreis columnis sustentatur.  
 multis etiam Sanctorum reliquiis superbit. Idem  
 28. Canonici administrant.

23. Mons Cassinus | Monte Cassino: | Mons  
 in cuius apice, exstat celeberrimum Monasterium,  
 à S. Benedicto Monachorum in Occidente Ba-  
 triarcha fundatum, in quo et Regulam scripsit,  
 qua Ecclesia ingentem Sanctorum numerum dedit,  
 atque in omnes totius orbis regiones cum tanta  
 benedictione propagata est, ut Reges saepius  
 relictis coronis suis vitam Monasticam ample-  
 xi sint, inter quos fuisse Raris Longobardorum  
 Rex et Carolomanus Pipini Franciae Regis fra-  
 ter, qui in Monte Cassino sub disciplina et ha-  
 bitu Benedicti vitam duxerunt.

Situm est Monasterium istud omnium Bene-  
 dictinorum Monasteriorum praecipuum et Ca-  
 put, in apice montis, ut iam dictum, 3. millia-  
 riis ad occidentem ab Urbe ad Sanctum Germa-  
 num nuncupata. Amplius est, illudque ma-  
 gnus Monachorum numerus incolit. Arvenien-  
 tes hospites gratis in eo suscipiuntur. Magni-  
 ficam habet Ecclesiam ornamentis variis et pic-  
 turis decoratam. Imperatores et Reges alii-  
 que magni Principes olim illud eximio donis lau-  
 pletarant, at haec divitiae semel ac iterum, pri-  
 mum à Longobardis, et postmodum à Saracenis  
 direpta fuerunt. Postquam Longobardi

illud devastasset, penè centum quadraginta anni  
 affluerunt, quin de illo restaurando vel cuiquam  
 venerit in mentem, aliquanto igitur tempore  
 omnino desertum jacent, et non nisi ferarum fuit  
 receptaculum. Postmodum involas habuit  
 quorundam solitarios, qui in simplicitate cordis et à sa-  
 culo alieni vivebant, nec de restaurandis divinis  
 aedificiis vel minima erat questio, atque sub m-  
 deribus suis mansura videbantur sepulta. At  
 initio saeculi VIII. S. Petronax missus à Papa  
 Gregorio II. acceptis seum sociis aliquot Romam  
 huc se contulit, Monasterium restauravit, at-  
 que in eo S. Benedicti Regulam restituit. Idem  
 postea S. Zacharias Papa ~~istud~~ variis privile-  
 giis donavit, ac ab Episcopi jurisdictione exe-  
 mit. Floruit Monasterium istud usque ad exitum  
 saeculi IX. Tunc enim Saraceni in has plagas inven-  
 tes illud denique expulserunt et exierunt, ovifis-  
 que Abbate et aliquot Monachis reliquos com-  
 pulserunt, ut relictis sedibus se reciperent. Ita-  
 num sunt seum quidquid de thesauro et do-  
 cumentis servare valuerunt. Ejectis deinde sa-  
 culo sequenti per Normannos Saraceni Monachi  
 Coenobium suum repetierunt, illudque restau-  
 rarunt, quod deinceps quamplurimi sancti et do-  
 ctissimi celebres, semper illustrarunt.

4 viri

24.º Franum S. Germani |: San Germano:|  
 Urbs sub Monte Cassino posita 3. miliaris  
 versus Orientem ab eodem Monte in via Aquin-  
 num versis. Ea ruinis veteris Urbis Casini, cu-  
 jus veteres Scriptores saepe meminerunt, aedi-  
 ficata perhibetur. Subest Abbati Mon-  
 tis Casini unacum 20. Pagis circum ipsius Mo-  
 nasterium sitis.

25.º Aquinum |: Aquino:| Urbs vetus et olim  
 Colonia Romana; Imperator Conradus eam de-  
 vastavit, et ad pagi conditionem redegit ita ut  
 modo non nisi 35. Aedes in ea numerentur. Ha-  
 bet Episcopum Capuani Archiepiscopi Suffragane-  
 um sed ab ipsius jurisdictione liberum. Sita est  
 ad vicum, qui Malfus |: Malfi:| dicitur, 3. miliaris  
 à confinis Status Eclesiastici et 5. a Monte Casi-  
 no. In hac urbe tres viri prodierunt, quorum  
 unusquisque in genere suo celebres fuit. Primus  
 est Poëta Juvenalis scribens suis Satyris famo-

sus; alter Imperator Resennius Niger; tertius  
 S. Thomas Aquinas seu de Aquino Doctor Angelicus  
 cognominatus. An. 1224. in mundum editus, et  
 et ordinem S. Dominici amplexus est, cuius maxi-  
 mum ornamentum fuit. Obiit an. 1274. 7. Mar-  
 tii, nec ultra 50. annos vitam protraxit. Iuan-  
 nes Papa XXII. idem anno 1323. Sanctorum cata-  
 logo dignavit, et an. 1567. Pius V. inter Ecclesie  
 Doctores illum recenseri iussit. Corpus ipsius an.  
 1368. sub Papa Urbano VI. Tolosam delatum est,  
 ubi tanquam pretiosus thesaurus asservatur.

26<sup>o</sup> Gaeta, Cajeta [Gaeta] Urbis antiqua et bene  
 munita, cum portu arte et natura securissimo, quem  
 Imperator Antonius Pius meliorem fecit, sita par-  
 tim in declivitate promontorii partim in planitie  
 Capuanam inter et Terracinanam 4. Milliaris a Mola.  
 Est clavis Regni verus Dominium Pontificium. Ubi  
 cam habet principem plateam, que secundum mare  
 porrigitur. Portus protegitur castro, quod Alphon-  
 sus Aragonius an. 1440. excitavit, et Ferdinandus  
 Aragonia Rex, postquam Gallos inde extraxisset,  
 ibi urbemque munitionibus auxit.

A vetustate sua celebris est. Brimum a piscatori-  
 bus inhabitata fuisse dicitur, ad quos deinde Aneas  
 matrem suam Cajeta appulit, que ibidem  
 diem supremum obiit ac sepulta est; Aneas deinde  
 horum piscatorum tuguria augere coepit, locum-  
 que demortue nomine Cajetam vocavit. Ita Vir-  
 gilius Æneid. lib. 4. init.

Tu quoque littoribus nostris Æneia matrem  
Æternam moriens famam Cajeta dedisti.

At Strabo memorat Spartanos, qui omnia, que  
 circa sunt, καίᾳττα nuncupare solebant, huic  
 urbi a flexuoso ipsius Sine nomen dedisse. Alii  
 nomen istud a verbo græco καίειν, urere derivant,  
 quia ibidem Trojana mulieres Anea comites sus-  
 rum naves incendunt.

Olim Gaeta Summis Pontificibus parvit, at-  
 tamen velut Respublica, que Duces et Consules  
 suos habebat, monetam audebat, et trieres ins-  
 truebatur. Postmodum ad Neapolis Reges per-  
 venit. Agere eius amoenus est et jucundus;  
 Cicero ibidem prædium habuit Formianum dic-  
 tum; non procul inde visitur illius Sepulchrum.

Adiunt etiam multa Monasteria et Tempia; inter alia  
Franciscanorum Coenobium, in quo huius S. S. Seraphi-  
ci Ordinis Institutio S. Franciscus habitasse dicitur.  
Ante portam ferri [Porta di Ferro] in litore  
maris ostenditur locus, in quo idem S. Franciscus  
tanto fervore concionatus est, ut pisces maris super  
aquas caput erexerint, ut tanto commodius ipsum  
audirent. Sed id fabula esse videtur.

Propè portam Aris, qua in monte posita est, en-  
tat corpus Caroli Borbonici in occupatione Urbis  
Romae an. 1727. occisi in armario erectum et ves-  
tibus indutum cum hac Hispanica epigraphe:

Francia me diò la leche Espana furga y  
ventura,  
Roma me diò la muerte, y Gaeta la sepul-  
tura

Est: Francia mihi lac dedit, Hispania  
vires et fortunam, et Roma mihi dedit mor-  
tem, et Gaeta sepulchrum.

Gaeta est Sedes Episcopalis, à Romina, postquam  
hanc Saraceni an. 850. illam exuerunt à Leone  
Papa IV. in eam translata. Episcopus illius olim  
Archiepiscopus Capuanus velut Metropolitanus  
suum agnovit, at modo Summa sedis immediate  
subest.

Anno 1704. Germani sub Comite de Daun 30.  
Septembris assaultu urbem hanc ceperunt. An.  
1733. munitionibus augeri coepit. An. 1734.  
Hispani post aliquot hebdomadarum obsidionem  
illam obtinuerunt. An. 1738. Carolus Bor-  
bonicus Philippi V. Hispaniarum Regis filius hic  
nuptias celebravit. p.

27.º Fundi [Fondi] Urbs Episcopalis, sita in pla-  
nitie inter montes propè Lavinium, qui ab ipsius nomine  
fundanus, et aliis etiam Angelanus dicitur, ac ad  
duo miliaria porrigitur, s. miliaris à litore maris  
et Sinu Cajetano, et 10. à Terracina versus Orien-  
tem, et 11. à Gaeta. Ob Lavinium ei proximum  
insalubremque aërem haud multos incolae conti-  
net. Illius Episcopus est Suffraganeus Archiepis-  
copi Capuani nec tamen eius jurisdictioni subiectus.  
antehac titulo Comitatus gaudebat, sed postmo-  
dum et sub exitum saeculi XVII. Carolus II. Hispan-

marum rex in gratiam Henrici Francisci Comitis Mansfeldii, cum illius secundam conjugem Neoburgensem in Hispaniam comitatus fuisset, illam Principatum fecit. Anno 1594. Turci urbem hanc expilarunt, die ante Turcius pirata Barbarossa illam devastat: volens enim Juliam Gonzagam venustissimam sui temporis foeminam raptare et ad Solimanum Turcarum Imperatorem adducere, noctis concubio quondam e suis militibus in urbem intro misit, qui illam clam occuparent; at cum ipsa fugisset, et, prout quidam Scriptores memorant, vix alius, praeter indurium, induta vestibus dilapsa fuisset, id indignati raptores urbem incendunt.

28. Sora Urbs antiqua, et cuius veteres Scriptores Strabo, Titus Livius, Plinius et alii meminerunt. Titus Livius lib. 9. ait illam fuisse Coloniam Romanam, quae sub Consulatu L. Posthumii et T. Minutii à Romanis illi missa fuit. Etiam sub Consulatu L. Gemitii, et Ser. Cornelii ad eam novi incolae missi fuerunt.

Sita est non procul à Garibiano flumine in confinis Domini Pontificii et Agrutii Ulterioris 60. iociter milliariis ad eorum à Napoli. Spectabilis haud est, sed tamen populosa, et pulchra aere ornatur. Titulo Ducatus superbit. Illius Episcopus immediate Summae Sedi subijicitur.

Sora est patria Caesaris Baronii, qui ibidem an. 1538. 30. Octobris patre Camillo Baronio, et matre Borica Phebonia natus est. an. 1596. Cardinalis creatus est, et 30. Julii an. 1607. vitam posuit. Praeter Eclesiam Cathedrali, ad B. V. Mariam dictam, cui praesunt Briniccini, novem Capitulares et quinque Brebendarii, adhuc quatuor Eclesiae parochiales hic numerantur, varia quoque Monasteria, Nosocomium et Seminarium. Dioecesis ampla est, et 23. Urbes complectitur.

§. II.

138.

## De Principatu Citeriori.

Principatus Citerior: Principatus Citerior: Olim parerat Capuani Principatus. Situs est ad mare quod illius terminus est ad austrum et occidentem, et inter Principatum Ulteriorem versus Aquilonem, ac Basilicatanam ad orientem. Eius la-

titudo à Septentrione ad Meridiem ad 50. circiter millia-  
ria porrigitur, Longitudo autem à Cauro ad Euro-  
tum ad 75. Frumenti, vini, olei, cœci, et Comby-  
is ferax est. Occurrunt etiam quamplures aquae me-  
tallicae. Alias etiam vocatur Provincia Salerni-  
tana §: La Provincia di Salerno:) occurrit

1<sup>o</sup> Salerna seu Salernum, antiquitus Urbs Bientin-  
nomum §: Salerno:) vetus Civitas Sedes Archiepiscopalis  
an. 974. a Bonifacio Papa VII. facta, in extrema parte  
sui fundi ejusdem nominis Sinis maris ad Busanolanum  
fluvium in fertilissima junctis collibus circumdata  
planitie, et maris Tyrrheni littore sita 33. millia-  
riis ad Eurotum à Neapoli, et 36. ad Austrum à Bene-  
vento sub gr. long. 32. m. 19. lat. 40. m. 45.

Nomen habere dicitur a duobus ibidem confluen-  
tibus fluvibus Sale et Esno. Antiqua, ut diximus,  
est, atque olim pars fuit exiguae Bientinorum  
regionis, cujus caput Bientia fuit. Strabo ait,  
Romanos illam munivisse, ut in ea praesidium  
collocare possent. Titus Livius lib. 32. c. 29. me-  
morat Romanos in ea Coloniam statuisse.

Longobardi Saeculo VI. à Narsete Justiniani Im-  
peratoris Bellidua in Italiam vocati ferre to-  
tam sibi subjecerunt, variorumque in Regno Neapoli-  
tano Principatus instituerunt, inter quos Salerni-  
tanus enuncipasse videtur. Saeculo XI. Normanni  
ejecto Gisulpho illius Principe et Domino Urbem  
et Principatum sibi asseruerunt, et Salernum  
munitionibus auxerunt, quod longo adhuc post  
tempore caput fuit specialis Principatus, qui Saler-  
nitanus dicitur est, quo 19. Principes Normanni ~~ter-~~  
~~ax~~ ~~posteriori~~ successivè potiti sunt. Urbs haec hodie  
dum adhuc Principatus Citerioris Metropolis dicitur,  
at est. Ei imminet Castrum, quod illius extremi-  
tati jungitur. Postum habebat optimum, et  
antequam moles, qua cingebatur, diruta, illiusque  
commercium Neapolim translatum fuerit, ma-  
ximè frequentatum, modo nullius notae est, am-  
plius.

In hac urbe celebris est Universitas  
in qua facultas Medica sub nomine Schola Saler-  
nitana excolitur. Plateas habet angustas, quae  
admodum omnes antiquae urbes; in eas sua princi-  
pales inter se sunt parallelae, caeterae Urbem ple-  
rumque transiunt. Praeter Ecclesiam  
Cathedralem sub invocatione S. Matthaei Apos-

toli, cuius corpus in ea asseratur, adhuc plures alia nu-  
merantur, ut et Cenobia, inter qua eminere vide-  
tur Benedictinum.

Anno 1085. Gregorius Papa VII. ab Henrico IV. Impe-  
ratore Romam pulsus hic in exilio vitam posuit. An-  
no 1193 Henricus VI. Imperator urbem hanc exiit  
et solo aquavit, quod in sola conjugem suam, quam  
in Germaniam proficiens in ea reliquerat, hosti  
suo Tancredo per prodicionem tradidissent.

20. Anaphia, seu Analphis, et Amelphis; Anal-  
fi, Analphis, et Melfi: Urbs in littore Sinus Sai-  
lernitani, Salernum inter et Promontorium Mi-  
nervae ii. milliariis, versus Occidentem a Salerno, et  
24. a Neapoli versus Meridiem, infertili et iucun-  
da planitie sita. Jam a longo tempore celebris  
est, illiusque meminit S. Gregorius Lib. 5. Epist.

Epist. 23. qua est ad Anthemium de Pimeis Anaphia Episcopum. Titulo Ducatus gaudet; iunctis  
Comitibus parit; verum potens facta in liberam  
Republicam se erexit sibi que proprios Duces ele-  
git; libertatem hanc postmodum amisit, ubi nem-  
pe intestinis discordiis, suis Rogerio Sicilia Regi  
invidio vicinis hinc ansam dedit eam an. 1129. sibi  
subiiciendi. Cum autem Antipapam Anacletum  
adversus Imperatorem et Bisanos protegeret, hi  
an. 1135. Analphim diriperunt, unde adessa-  
facta fuit iniuria ut ~~in~~ ~~seculo~~ ~~XIV.~~ sibi simi-  
lis haud amplius sit, ac a medio saeculo XIV. omnino  
ignota jaceat. Ducatus titulum tamen reti-  
nuit, quem an. 1457. Antonius Bicolomini cum  
Maria filia notha Ferdinandi I. Neapolis Regis  
ademptus est. Equidem postmodum Siles Legio ad-  
scriptus fuit, et circa medium saeculum XVII. His-  
paniarum Rex illum Octavio Bicolomini Cole-  
marcho Casares tribuit, penes cujus familiam  
hactenus permansit. Est etiam Sedes Archi-  
episcopi. Olim civibus frequens fuit, praeser-  
tim pannorum suorum, per totum Orientem com-  
mercium, necnon in Sicilia, Aegypto, Syria, Ara-  
bia, India, et Africa propria habuerunt praedia.

Inter alia, quae Analphim olim celebrem  
reddiderunt, in memoria dignum est, quod pri-  
mam fundationem Ordinis Hospitalariorum S. Joan-

nam fundationem Ordinis Hospitalariorum S. Joan-

nis in Jerusalem, nunc Equitum Malitansium, Sele-  
 rit<sup>is</sup> occasionem: cum enim commercium suum in  
 Terrâ Sanctâ etiamnum exerceret à Saracenis foul-  
 tatem obtinuit prope Sanctum Christi Sepulchrum  
 Eclesiam edificandi, unde postmodum Hospita-  
 le S. Joannis erectum fuit; et quidam ex eo quidam  
 strenui viri in expugnatione urbis Hierosolymæ  
 præcipuas habuere partes, in ipsorum gratiam et  
 honorem Ordo iste fuit institutus. Præcipue au-  
 tem urbs hæc celebratur, quod in memorato cum  
 Bisaniis bello exemplar Banditarum in ea fuerit  
 inventum, quod tanquam quid sacrum Floren-  
 tia asseruatur. Auctores quidam Flavio Gioja,  
 vel plerumque Flavio ab Amalphi Civi, hujus  
 urbis inventionem pyxis nauticæ tribuunt sub  
 initium sæculi XIV.

3<sup>o</sup> Scala, Scalis | Scala: | urbs in colle distans mili-  
 liariis versus Septentrionem ab Amalphi, et totidem  
 à litore Sinus Salernitani. nunc ~~urbs~~ parva  
~~urbs~~, et Bagus inatærat effusa est, quippe quæ  
 vix centum aedes contineat. Circa an. 987. Epis-  
 copalis facta est sub Metropoli Amalphiensi, et  
 an. 1603. Episcopatus iste cum Ravellesi conjunc-  
 tus fuit. Olim ad Bientinos pertinebat, et  
 ut ex adificiorum reliquiis colligere est, amplif-  
 sima fuit. Præter Eclesiam Cathedralis, quæ  
 S. Laurentii dicitur, varia adhuc in ea numeran-  
 tur Eclesiæ, duo Virorum et totidem Monialium  
 Monasteria, 6. Læicæ Confraternitates, et Mons-  
 pietatis. Reditus Episcopi annuatim sunt 500.  
 Luta Romana.

4<sup>o</sup> Ravello, Ravelum | Ravello: | urbs sita  
 4. miliaris versus Septentrionem ab Amalphi.  
 an. 1080. condita fuit, et an. sequenti Victor Pa-  
 pa III. eam in Episcopatum erexit, qui an. 1603.  
 Scalensi conjunctus fuit. In ea extant pulchra  
 domus et magnifica palatia.

5<sup>o</sup> Letterum, Lattarum, Lictera, Lyctera,  
 et Litterarum | Lettere: | urbs in monte posita,  
 quem veteres Lactarum seu Lactem montem vo-  
 larunt Nuceriam inter et Stabias | Castel à Mare  
 di Stabia: | 12. miliaris ad Occidentem à Salerno. Ha-  
 bet Episcopum sub Archiepiscopo Amalphiensi. Hæc

Ultimus Ostrogothorum Rex Totilas à Belisario de-  
victus fuit.

60 Sarno | Sarno: | Urbis versus Saturniginem  
Sarni fluvii, qui illam præterfluit, et cuius no-  
men gerit, sita in confiniis Terra Laboris, 5. mil-  
liariis versus Septentrionem à Nuceria. An. 967,  
Episcopalis facta est sub Metropoli Salernitana.  
Titulum gerat Ducatus et pertinet ad familiam  
Barberinam. Præter Euleariam Cathedralium  
honoribus S. Michaëlis Archangeli dicatam, ad-  
est Collegiata; numerantur quoque 4. virorum  
et 7. Monialium Coenobia, 2. Nosocomia, 2.  
Montes pietatis, et 8. Læica Confraternitates.

70 Nuceria | Nocera: | celebris et antiqua Episco-  
palis civitas sub Archiepiscopatu Salernitano  
sita circiter 8. milliariis versus Aquilonem à Maris  
Sine S. Euphemie 20. milliariis à Napoli, versus  
Euronotum, et 9. aut 10. ad Castrum à Salerno, non  
pauca ab urbibus Sarno et Cava. In Superiorem  
et inferiorem dividitur, et ad distinctionem Nu-  
ceria in Umbria vocatur Nuceria Bagunorum | Noce-  
ra de Baguni: | vel quia moenibus caret, siquæ ve-  
lut pagi quorum 24. sunt, et 6000. incolarum con-  
tinent, inhabitatur, vel quia Saraceni, qui  
alias Bagani solent vocari, accepta prope Gari-  
lianum flumen clade in eam se receperunt, vel  
denique quia Sicilia sub Imperatore Tride-  
rico II. exturbati Saraceni eam incoluerunt.  
Fertile solum illius Cicero contra Puffum ap-  
prie celebrat. A Romanis ad Longobardos  
devoluta est, et an. 1131. ad Rogerium Sicilia  
Regem, et ab eo ad Reges Neapolitanos pervenit,  
sub quibus prosapia Guila dicta sub titulo Comi-  
tatus illam possedit; modo Ducatus titulo gaudet,  
et ante hæc Stirpi Caroffa parebat, nunc ei  
Barberini dominantur. Episcopatus illius  
inter vetustissimos recensetur. Euleariam Ca-  
thedralem, que S. Briso dedicata est, adminis-  
trant 15. Canonici, quorum præcipui sunt Archi-  
diaconus, Archipresbyter, et Crinicerius præter  
multos alios Euleriastios. Præter eam hæc sunt

ii. Parochiales, Eclesiae, 2. Monialium et 4. virorum Coenobia, unicum quibusdam laicis, confraternitatibus.

8<sup>o</sup>. Cava Urbs ampla et populosa. Habet Episcopum sub Archiepiscopatu Salernitano sed Summa Sedis immediate subiectum. In ea etiam est Abbatia à S. Alferis ex Stirpe Cappasarbona Salernitana an. 980. fundata, et à Summis Pontificibus quinque beneficiis completata.

Urbs haec nova est, ut qua antiquitas ignota fuit. Sita est 4. milliariis versus Casertum à Salerno. An. 1628. hujus Dioecesis, qua extra Urbem inveniam non porrigitur, Eclesiastici hic conventum celebraverunt, cujus Constitutiones anno sequenti Neapoli Tyris mandata fuerunt.

Continet urbs ista circiter 10000. incolarum, et in ea 6. Parochiales, Eclesiae; 1. Mons pietatis; 3. Nosocomia; 6. Monachorum et 4. Monialium Coenobia. Caeterum a Sidone calabratur; at aërem habet insalubrem.

9<sup>o</sup>. Caput Aquarum [Capua] Urbs exigua 3. milliariis à littore Maris Turi et Sinu Salernitano, 22. à Salerno versus austrum. Olim opulenta fuit et populosa, et Ducatus titulo superbiebat; at modo paucos numerat incolas. Habet Episcopum sub Metropolitâ Salernitano. Quidam putant eam esse Veterem Castum seu Horidioniam.

10<sup>o</sup>. Bruca [Castel à Mare della Bruca] Urbs inter promontoria Leucosiam et Palinurum, 15. milliariis ad aquilonem à Capite Aquae. Habuit olim Episcopum et satis populosa fuit; modo non nisi vicus est. Creditur esse Veterum Velia.

11<sup>o</sup>. Policastro [Policastro] Urbs in australi littore Sinis, cui nomen hunc tribuit Sita quinquaginta et aliquot milliariis ad Euronotum à Salerno. Olim Calvocastrum vocabatur. Creditur ex ruinis veteris Buxenti ~~profecta~~ Urbis Lucaniae fuisse excitata. Ipsius origo admodum antiqua est, graevumque nomen hunc servavit. Ampla fuit, ut ex relictis vestigiis satis apparet, at bella illam oppresserunt. An. 1065. Robertus Princeps Normannus illam excidit, at Rex Rogerius illam restauravit, atque filio suo notho unicum titulum

q Simeoni

Comitatus Iovavit. An. 1299. illius Domini-  
 um obtinuit Joannes Rufus, et sub Joani-  
 na I. Regina illam possederunt ambo fra-  
 tres Gabriel Lucarius Grimaldi. Tempore  
 Ferdinandi Regis ad Antonium Petruccium  
 pertinuit, qui verò criminis Laesa Majestatis  
 reus eam unocum vitâ amisit, quam deinde  
 Ferdinandus II. Joanni Caraffa de Spina dona-  
 vit. Hector Caraffa Comes Policastrovis an. 1728.  
 diem supremum obiit nullis relictis heredibus.  
 Turca urbem hanc eo, quae à Caraffis possessa fuit,  
 tempore bis occupaverunt, et ferè tota aqua  
 runt, ita, ut hodièdum paucas aëres contineat,  
 aër nimis rigidus huc spirat, unde etiam pau-  
 ci sunt incolae. Est Sedes Episcopalis à Buscento  
 huc translata. Proter Euleisiam Cathedralam  
 vicinia huc occurrunt.

12<sup>o</sup> Marsicum | Marico: | Urbs Episcopalis sub Ar-  
 chiepiscopatu Salernitano, sita versus fontes Aci-  
 ris seu Agri | Agri: | fluminis sub monte Apenni-  
 no in confiniis Basilicatae 22. milliariis ad Septen-  
 trionem à Policastro. Undique montibus vallata  
 est. Communiter vocatur Marsicum Novum  
 ad distinctionem alius ejusdem nominis Urbis,  
 quae Marsicum Vetus dicitur, atque duobus ab ip-  
 sâ milliariis versus Evonotum distat, et in Basi-  
 licata posita est. Satis populosa est, ac in  
 ea 500. numerantur familiae, et universim  
 6000. animarum. Solum ejus vini et frumen-  
 ti feracissimum est. Illius Episcopatus inter  
 antiquissimos recensetur, quamvis illius origo  
 hanc nota sit. Circa an. 893. fit mentio  
 cujusdam Episcopi Marsicani cui Euleisiam  
 et Diocesis Agrimontensis seu Goumentana  
 | Agrimonte: | etiam subiecta fuit; nam  
 postquam Agrimons seu Goumentum à Sara-  
 cenis penè devastatum fuit et excisum, illius  
 Episcopatus Marsicano conjunctus fuit. Epis-  
 copatus iste admodum amplus est; complecti-  
 tur nempe 7. urbes, 120. principales seu parochia-  
 les Euleisias, quas 220. Presbyteri et alii Eule-  
 iastri administrant. 10. Virorum et 3. Mo-

\* Agrimonte, Gou-  
 mentum Oppi-  
 dum in Basilicata,  
 olim spectabilis  
 urbs fuit cum Epis-  
 copatu, qui in No-  
 titiis sub nomine  
 Goumenti in Lu-  
 cania notus fuit.

t. p. vira  
 is Confra-  
 Episcopum  
 a sub in  
 batia  
 mitana  
 by pin  
 sta fu  
 end.  
 moria  
 um ce-  
 anti Me  
 larum,  
 tis, 3.  
 n. Oes.  
 am  
 3. mil.  
 22.  
 at po  
 in  
 tem  
 h. b.  
 mil-  
 olim  
 si th.  
 alle  
 gin-  
 the  
 vte-  
 ipse  
 est,  
 la  
 beha  
 ney  
 is id  
 tulu

nialium (Cenobia; 6. Xenobolia, varia con-  
fraternitates laica, et 2. Abbatia.

4 posita.

13.<sup>o</sup> Cangianum | Cangiano: | Urbs angusta  
inter montem Apenninum et Silarum flumi-  
nem, qui in Sinum Sabernitanum incidit, q. Ex  
ruinibus Satoriani Urbis Basilicatae penitus des-  
truita excitata est. Sita est 25. milliariis ad Aus-  
trum à Consâ Principatus Ulterioris urbe. Olim  
habuit Episcopum.

14.<sup>o</sup> Campania | Campagna Urbs Sedes Episco-  
palis sub Archiepiscopatu Cangano à Papa Clemente  
VII. erecta. Sita est 11. milliariis à litore Maris  
Tunni, et 16. à Salerno. Titulum gerit Marchio-  
natus, et a Grimaldis Genuensibus possidetur; olim  
ad Principem Monachiensem pertinebat. Solum  
habet vini et oli feracem.

15.<sup>o</sup> Aceruntum | Acerno seu Hierono: | Urbs exigua  
et moenibus carens Sita in valle montibus cinctâ  
Salernum inter et Consam 15. circiter milia-  
riis à priori, et paulo minus ab altera. Ex eo sum-  
taxat memorabilis est, quod sit Sedes Episcopalis.

### S. III.

139.

#### De Principatu Ulteriori.

4 sunt

Principatus Ulterior | Principato Ultra: | Olim  
prout Principatus Citerior, pars erat Principatus  
Capuani. A Septentrione ad austrum circiter  
ad 30. milliaria protenditur; ab Oriente vero ad  
Occidentem ad 50. Limites ejus ad Septentrionem  
Comitatus Molisinus et Capitanata; ad Austrum  
Principatus Citerior; ad Orientem eadem Capita-  
nata et Basilicata; et ad Occidentem Terra  
Laboris propria. Apenninus mons, qui in  
haec provincia est, aërem illius frigidum efficit,  
unde solum ipsius frumenti et vini non adeo fe-  
rax est; è tamen in ea abundantiores sunt Cas-  
tanea, nuxes, at pasua optima. Occurrit hæc

1.<sup>o</sup> Beneventum | Benevento: | Civitas Archi-  
episcopalis facta an. 969. Sita ubi Sabatus | Sabato: |  
et Calor | Calora: | fluvii junguntur, in valle deli-  
ciosa et fertili 30. circiter milliariis versus Septentrio-  
nem à Capuâ, totius provinciae Caput.

Primum Maleventum vocatam fuisse tes-  
tantur Veteres Scriptores Titus Livius, et Pli-  
nius, quod nomen deinceps in Beneventum  
mutatum fuit, prout ait Livius, lib. 8. quod  
illius incolae Beneventanos nuncupat, lib. 24.

Hujus Urbis antiquitatem comprobat ille, qui il-  
lius conditor habetur; omnes enim Scriptores con-  
veniunt, Diomedem Otoliomni Regem, qui bal-  
lo Trojano interfuit, illius fundamenta jecisse,  
postquam populos, qui Garganum montem inco-  
labant, delevisset. Cum Consul Sylla omnes

Otolia exigua  
provincia provincia  
ad Septentrionem  
Sinus Corinthiaci  
lita.

Sannitam Urbes devastasset, solum Beneventum  
reliquit intactum, prout Strabo refert lib. 1. c. 6.  
Postmodum Nero Claudius Imperator ibi Coloniam  
mivit, qua, teste Frontino de Colon. p. 136.  
edit. 1674. Concordia vocata est. Urbs haec pe-

rennia et militibus Romanis adfuit adversus Han-  
nibalem. An. 545. Totila Gothorum Regis  
impetum haud cohibere potuit, qui illam occupa-  
vit et solo aequavit. Antharis seu Antharius

illam an. 589. restauravit ac Ducatum fecit, et  
in gratiam Gothi sibi gratiosissimi magnam  
hodiegni Regni Neapolitani portionem ei ad-  
jicit. Hujus Ducis Successores in historia celebres

sunt, praesertim Grimoaldus I. qui Aribertum  
Longobardorum Regem throno deiecit, quem ipse  
an. 663. occupavit; et Aragisus Desiderii Ge-  
ner, qui postquam Carolo Magno multum nego-

tii facessisset, tandem ab ipso veniam et gratiam  
implorare coactus fuit. Ludovicus II. Impe-  
rator an. 851. Adelgisum Ducem Italiae expulit,  
ac certum quemdam Simbaticum Ducem Be-

neventano praefecit. Imperator Henricus III.  
cognomento Niger Ducatum hunc an. 1053.  
Papae Leonis IX. consanguineo suo dono dedit, qui

ab eo tempore penes Summam Sedem ad hanc us-  
que diem permanent. Urbs ista terre motibus multum afflicta fuit,  
praesertim an. 1680. quo peno devastata fuit;

sed munificentia sui Archiepiscopi Cardinalis  
Ursini a potiori parte restaurata, qui Sum-  
mus Pontifex sub nomine Benedicti XIII. factus  
singulari affectu eam et illius Cives complectens  
est, ipsam Urbem reu. i. p. p. r. i. s. s. r. a. n. c. o. n. i. t. a. t. e. n. e. e.

quoad vixit illius Archiepiscopatum dimisit, sed uno  
cum Summo Pontifice retinuit, et an. 1728. ipse  
met illam sua presentia honoravit.

Anno 1703. terrore motu adeo quassata fuit, ut penè  
diruta fuerit.

Archiepiscopatu huius plerumque Cardinalis qui-  
dem praeficitur, propter redditus ipsius, qui admodum  
pingues sunt. An. 1266. 12. februarii in

placitis Beneventanae Carolus Andegavensis  
Rex Neapolis Manfredum suum competitorem  
prelio fudit et occidit. An. 1087. Victor Ba-

pa III. huius Concilium celebravit, in quo Gui-  
bertus Antipapa unacum suis adherentibus  
anathemate perculsus est, prout refert Leo

Ostiensis. Eadem de causa Urbanus Papa  
II. an. 1091. ibidem Synodum coegit. Anno

1108. Concilium huius habitum fuit adversus In-  
venturas Beneficiorum seu Officiorum Ecle-  
siasticorum à Laicis datas; et successu tem-  
poris alia iterum huius celebrata fuere.

Beneventum etiam multos magnos et  
celebres viros protulit, inter quos specialiter  
memorantur Gregorius Papa VIII. Hofredus

et Odofredus ambo celebres Iuriconsulti,  
quorum ultimus Cathedralam Bononiae cons-  
cendit, et ~~constituit~~ in hac civitate caput  
fuit Odofredorum familiae. Beneventum

etiam gloriatur, se mundo edidisse Gram-  
maticum Orbilium, qui aetate Ciceronis in  
magno fuit pretio. Denique in Christiano-  
rum persecutione sub Diocletiano tres Sancti  
in hac urbe martyrii palmam adepti sunt,  
scilicet S. Iamarius et duo Diaconi.

2<sup>o</sup>. Mons Funulus: Foscolo seu Monte Fos-  
colo: Oppidum duobus miliaris ad Meridiem  
à Benevento. In eo residet provinciae Guber-  
nator. An. 1732. gravi terrore motu afflictum  
fuit.

3<sup>o</sup>. Agathopolis, S. Agatha Gothorum, Na-  
num S. Agatha Gothorum: Santa Agata  
de Goti, S. Agata Jelli Goti, S. Agathy di  
Goti: Urbs in Saxo posita in confinis Terrae  
Laboris Beneventum inter et Capuam aquali-  
ter ab utraque distans. Habet Episcopum

Archiepiscopi Beneventani Suffraganeum. Angusta est, et paucos incolas continet.

4<sup>o</sup> Abellinum (Avellino) Urbs unam Episcopatu sub Archiepiscopatu Beneventano, et Archiepiscopatu prosapia Carraucolorum, sita 15. miliaris ad Anagninum à Benevento, totidem ad Euronotum à Nola et 30. à Neapoli ad Euronotum. Anno 1694. terra motu penè exiisa fuit.

5<sup>o</sup> Mons Maranus (Monte Marano) Urbs ad litus Caloris (Calore) fluvii posita 10. miliaris versus Orientem ab Abellino. Exigua est, et 200. circiter complectitur familias. Titulo Principatus gloriatur ad familiam Marchesanam (Marchese) spectantis. Habet Episcopum sub Metropolita Beneventano. Hujus Episcopatus jam an. 700. mentio facta est, unde urbis ipsius antiquitas desumi potest, quamvis à quo condita fuerit ignoretur. Ecclesia Cathedralis sub titulo B. Dei Genitricis Virginis Mariae amplata est et restructa; in ea singulis annis 17. Augusti celebratur festum S. Joannis Episcopi, cujus reliquiae in vase argenteo ibidem asservantur; Singulis quoque annis in hac urbe Synodus celebratur. In ea numerantur tres Ecclesiae, et totidem Confraternitates laicae. Extra muros Patres Franciscani habent Conventum.

6<sup>o</sup> Nuscum (Nusco) Urbs Sedes Episcopi anno 1048. creata sub Salernitano Archiepiscopatu, sita 6. circiter miliaris ad Euronotum à Benevento inter Franum S. Angeli et Montem Maranum. Sub monte. 400. circiter familias continet. Praeter Ecclesiam cathedralem, cujus patronus est S. Amatus, in ea adhuc septem aliae numerantur.

7<sup>o</sup> Franum S. Angeli Longobardorum (Sant'Angelo de Lombardi) Angustissima Civitas, unum Episcopatu sub Metropolita Consano, qui an. 1540. in perpetuum cum Bisacciano conjunctus fuit. Sita est supra collem sub monte Apennino 7. miliaris ad eorum à Conza et 20. ad Euronotum à Benevento.

8<sup>o</sup> Conza seu Compsa (Conza) Urbs exigua sub Apennino propè hauriginem Rufidi (Offanto) fluminis sita 18. miliaris versus Occidentem ab Amalphi. Habet Episcopum Archiepiscopum, qui ordinariè in Arce Sancti Memmi residet. Antiquitas huc fuit regio Hirpinorum, et Urbs vocabatur Compsa, Incola Compsani. an. 1694.



14<sup>o</sup> Arrianum [ Ariano ] Urbis Episcopalis sub Metro-  
 poli Beneventana. Sita est in monte Apennino  
 versus Orientem 13. miliaris versus Orientem à Be-  
 nevento. Quidam nomen ipsius derivant ab Ar-  
 jani, velut ibi Ara fuerit Jans Sava. Vetus est,  
 ac illius in antiquis scripturibus fit mentio. Cicero  
 ad Attic. lib. 8. Ep. 1. illam vocat Equum Tuticum.  
 Apud Ptolomaeum simpliciter dicitur Tuticus. Ho-  
 ratius Sat. 1. 5. v. 86. Teqq. illam describit non addi-  
 to nomine ipsius. Servius ad Aeneid Virg. 8. ipsius  
 originem deducit à Diomede Atoliorum Rege.  
 Anno 1456. Urbis hae terra motu penè devastata  
 fuit, et an. 1470. denuò restaurata, nec tamen  
 tam magna est ac fuit. An. 1732. iterum  
 à terra motum ~~horum~~ passa est damnum.

Sectio II.

140.

De Aprutino  
 et Comitatu Molisino.

Aprutium [ Abruzzo ] nomen primum  
 à recentioribus scriptoribus usurpatum est,  
 enimvero veteribus Geographis ipsique Anony-  
 mo Ravennati fuit ignotum, ipsisque re-  
 gio haec non nisi à nomine eorum populo-  
 rum, qui illam incoluerunt, nota fuit; nem-  
 pe partem illius aliquam possidebant Bicen-  
 tini, alteram Tretani, aliam Reliqui, Ves-  
 tini, Marucini, Marci, Sabini, et Sam-  
 nites. ~~Igitur Aprutium regio est provincia~~  
~~sub his ergo nominibus apud veteres Scrip-~~  
~~tores regio haec quaerenda est, non vero sub Apru-~~  
~~tii nomine, quod solum recens illius latinum no-~~  
~~men est.~~ Igitur Aprutium nunc ex toto,  
 vel ex parte complectitur regiones illas, quas  
 antiquitus memorati populi possederunt. Confi-  
 ne est ad luvos Aquilone-marem Sinui Veneto,  
 ad meridiem Comitatus Molisino et Terrae Laboris,  
 ad occidentem Campaniae Romanae, et ad Caerum  
 Marchiae Anconitanae. Dividitur in Aprutium  
 ultimum [ Abruzzo oltra ] et Aprutium citius  
 [ Abruzzo citra ] Est regio fertilissima, qua  
 omne genus fructuum profert in abundantia.  
 Aërem habet temperatum. Anno 1706. ter-

ra motu adeo infestata fuit, ut ex illius urbibus pauca remanserint, ac sub similibus aedificiis 3000. mortuorum reperti fuerint. Utrumque Aprutium singulis SS. expendimus, cui Comitatum Molisium addimus.

141.

S. I.

## De Aprutis Ulteriori

Aprutium Ulterius | Abruzzo Ultra: | confinis est ad Caerum Marchia Anconitana et Ducatum Spoletano; ad Africum Sabina et Campania Romana, et ad Euro-Aquilone-Mesem Mari Adriatici. Interdum etiam vocatur Provincia Aquilana à sua Metropoli Aquila. ~~caput provinciae~~ <sup>caput provinciae</sup> dicitur hic

1<sup>o</sup> Aquila urbs <sup>caput provinciae</sup> ~~in hunc locum postea transmutata~~ munita, Sedes Episcopi Summae Sedis immediate Subjecti, sita est supra montem prope fontes Aterni | Pescara: | fluvii 7<sup>o</sup> milliariis versus Austrum ab Ancona, 60. ad Africum à Roma, et 16. à confinis Status Ecclesiastici, prope montem Apenninum. Non procul ab his locis jacet, ubi olim Amiternum et Forum urbes, quarum apud Veteres frequens est memoria, steterunt; à quorum excidio incrementa surrexisse dicitur. Communis opinio est, illam ab Imperatore Frederico II. conditam vel saltem ampliatam fuisse; quidam tamen id à Carolo Neapolis Rege factum fuisse asserunt. Paulo post medium saeculum XIII. Sedes Episcopalis à Forumio, quod jam dudum Longobardi exciderant, ab Alexandro Papa IV. ad ibidem translata fuit. Ei impendit vetus Castrum. In ea, praeter Ecclesiam Cathedralen, qua SS. Maximi et Georgii vocatur, numerantur 19. Ecclesiae; 18. Virorum et 11. Monachialium Coenobia, aliquot Nosocomia, Domus Professora et Seminarium.

Anno 1703. 2. Februarii terra motus huic urbi terribile damnum intulit. Incola, qui ad primum succurrum aufugerant, in festo Purificationis B. V. Mariae in urbem redierunt, quo divinis interserent officiis; cum subito novi succursus tanto impetu prodierunt, unde 2400. homines interierunt 1500. graviter laesi fuerunt. In una S. Domini Ecclesia 300. absorpti fuerunt. Franciscani in triclinis, in quo tunc erant, oborti sunt. Regii Tribunalis palatium, et et pleraque Monas-

teria Subveria fuerit. Sub rudibus Monasterii Coelestini, inventum fuit Corpus S. Coelestini Papae V. huius Ordinis fundatoris. Bleraque domus di-  
mita fuerunt, ubiisque moenis magnum obranit Jam-  
num. In huius Urbis agro vocis abundanter cres-  
cit, ex quo cives singulis annis 80000. Solidorum Im-  
perialium percipiunt.

2<sup>o</sup>. Calanum | Celano seu Celano: | Urbs angusta  
Sub Apennino supra collem posita 12. miliaris ver-  
sus Austrum ab Aquila. Titulo Comitatus gaudet,  
et ad familiam Savellorum | Savelli: | pertinet.  
Quidam arbitrantur illam esse Marsorum Cliter-  
num.

Bis mille quinquaginta ab ea passibus versus aus-  
trum occurrit Laus ab ipsius nomine Calanus dic-  
tus, quem veteres Guinum Lanum vocaverunt. Ambi-  
tu suo 20. complectitur miliaria. Non procul ab  
hoc Laus Conradinus Sueviae Dux avitum Neapo-  
lis regnum repulans an. 1028. 23. Augusti a Carolo  
Andegavensi praelio fusus est, et à fuga retractus  
an. sequenti 29. Octobris Neapoli capite abscisso  
vitam finivit, quod iam alibi retulimus.

3<sup>o</sup>. Atria | Adria et Hadria | Atri: | Urbs sita in  
promonto saxo prope Plombam | Biomba: | flumi-  
num 15. miliaris versus Castrum à Theate et 4. à  
Mari Adriatico. Fuit Colonia Romana, et exco-  
celebris facta, quod patria fuerit Imperatoris Aelii,  
qui in ipsius gratiam Hadrianus seu Hadrianus cognos-  
minari voluit. Ambitu suo milliare compre-  
hendit, ac in ea 1300. civiter foci et 8000.  
Incolarum numerantur. Habet Episcopum  
Archiepiscopi Theatenis Suffraganeum,  
nec tamen illius jurisdictioni subiectum. Epis-  
copatus iste iunctus est Episcopatus Binnae | Civi-  
ta di Benna: | ~~quae in Atriensis diocesi sita est.~~  
~~Sedes haec Episcopalis an. 1252. erecta fuit.~~

4<sup>o</sup>. Binna | Civita de Benna: | Urbs Sedesque  
Episcopalis iuncta Sedi Atriana, ut primum  
dictum. Sita est ad Salinum | Salinus seu Sali-  
nebs: | fluvium 3. 1/2. miliaris ad Africum ab  
Atria. Antiqua est, et ante haec spectabilis  
fuit, at de die in diem splendor eius minui-

liby per  
3000. no  
Anatium  
Molisium  
confine  
tini sp  
Loman  
tris. h  
a. a. h  
nt h  
ita, se  
ati, de  
scava: |  
60. ad  
Euleria  
paul  
furo-  
t mem  
ta  
lam  
litter  
de  
de pot  
furo-  
ab  
E im-  
lerian  
catur  
ii. Ma-  
Donu  
ubi  
prim  
onis  
is inter  
auto-  
terre  
Donu  
vise  
t. he  
roms-

tur. Quis Parmensis jurisdictioni subest.

5<sup>o</sup> Teramum | Teramo: | Urbs jam ab an. 500. Sedes  
Episcopalis, sita ad confluentem Viciola | Viciola: |  
et Batini | Tordini: | fluviorum, 14. milliariis ad  
Euronotum à Pinna. Antiquitus nota fuit sub no-  
mine Interamne, Interamnia, Interrana, Apu-  
tū, Aprutina seu Aprutina Civitatis. Illius  
Episcopus Summae Sedi immediate subicitur.  
Titulum Comitis gerat, et ei tam quae ad jurisdic-  
tionem saecularem quam Ecclesiasticam Urbs  
haec subiecta est. Inter jura et privilegia, quibus  
gaudet, inter est memorabile, quod armatus Missam  
celebrare possit. Cathedralis Ecclesia medium ur-  
bis occupat, eamque 18. Canonici administrant.  
In hac urbe numerantur 5. Virorum et 2. Monia-  
lium Coenobia. Universim ter mille animas  
continet.

6<sup>o</sup> Civitas Ducalis | Civita Ducale, item Civita  
di Cali: | Olim urbs Episcopalis sub Metropoli  
Theatina, ab ejus tamen jurisdictione immunis.  
Sita erat in monte, qui pars est Apennini, prope  
Velinum | Velino: | fluvium, 7½. milliariis ad  
Orientem à Reate. An. 1703. terrae motu  
penitus absorpta est, ita ut locum illius occupa-  
verit Lacus, cujus aqua putida est et foetens.

7<sup>o</sup> Camplum | Campli seu Campoli: | Urbs  
sub monte ad rivum, qui mox in Trontinum flui-  
um incidit, in confinis Marchiae Anconitanae sita,  
12. milliariis à littore Sinus Veneti. Angustissi-  
ma est; habet tamen Episcopatum Orthoniensi  
adjectum. Ei olim impendebat Arx castrum  
norum dicta, quae in Aragoniorum bellis exci-  
sa fuit. Urbs haec sensim deficit.

~~8<sup>o</sup> Orthoniensis | Orthonia: | Urbs sita in littore  
Sinus Veneti, 7. milliariis à littore Sinus Veneti  
ad Aragoniorum bellis excisa fuit.~~

8<sup>o</sup> Taleacotium, Talequintium | Tagliar-  
cozza, Tagliacosta: | Urbs in amoenissimo  
viniq[ue] et omnis generis fructuum feracissimo  
Solo posita octo civiter milliariis versus Ori-  
entem à Laucaiano. Titulo Ducatus gaudet  
et Columnensi familiae parat. Creditur ea  
ruinis veteris Cassiola Colonia edificatam  
fuisse, quamvis non eodem proprie loco, quo  
haec stetit, existat.

9<sup>o</sup> Capistranum | Capistrans: | Urbs parva sed venusta, ad Magnum Hetruriae Ducem pertinens, sita non procul ab Aquila; vel ex eo celebris, quod patria fuerit B. Joannis Capistrani ex nobili Chiosorum familia proynati Ordinis S. F. Minorum Strictioris Observantiae Religiosus, qui anno 1456. unacum famoso Belliduce Hunnide Carrino Turcas Alba Graeca | Belgrad: | suis eorum copiis, obsequium solvere coegit. Vitam eximiam hic iste posuit Villaci in Slavonia 23. Octobris ejusdem anni, et anno 1690. ab Alexandro Papa VIII. in Sanctorum numerum relatus est.

10<sup>o</sup> Civitella Urbs munita supra montem posita in confinis Marchiae Anconitanae 4. milliariis ad Septentrionem à Teramo. Sub monte, supra quem urbs exstat, olim Castrum extitit, 5. propugnaculis munitum; modo autem exivum est. Quidam ajunt, ipsosmet cives eo tempore, quo Carolus VIII. Rex Franciae in Italiam profectus est, illud dimisisse. An. 1577. Galli sub Duce Guisio urbem hanc occupare conati sunt, sed à civibus Strami se defendentibus repulsi fuerunt. Hae maritis suis haud segnam operam contulere mulieres, ut quo unacum ipsis armatae urbis moenia conscenderint, eaque tormentis Gallorum labefactata reparare juverint, nec à frequentibus in Gallos eruptionibus destiterint, quamvis earum multae vitam amisissent. Antiquitus urbs haec Betra seu Belagra vocata fuisse dicitur; nomen tamen, quod omnibus antiquis Geographis, ut Ptolomaeo, Strabone, Plinio, & Pomponio Mela, p. ignotum fuit.

11<sup>o</sup> Alba | Albi: | Urbs cum titulo Comitatus sita in confinis Status Ecclesiastici, 3. milliariis versus Occidentem à Laca Calano seu Fucino in via Taleacotium versus, à quo 6. milliariis distat. Olim venusta erat Latinis Scriptoribus sub nomine Alba Marcorum, Alba Fucensis, et Alba Fumentis nota. prius

nomen si indita fuit, quia in confinis Massorum  
jacabat; alterum quia propè Lacum Tru-  
mum posita erat. Creditur esse Alba illa, in  
qua Romani Berceum ultimum Macedonia  
Regem, Jugurtham Numidia Regem, et alios  
in suo exilio perire siverunt; illuc enim plerum-  
que mittere solabant suos Status et alios captivos.

142.

§. II.

De Aprutis Citeriori.

Aprutium Citerius: Ab Urbe Citra: Limites  
habet ad Occidentem et Caucum Aprutium Ulterius;  
ad Euro-Aquilone-Mesem Mare Adriaticum, ad  
Austroem et Euro-notum Comitatum Molisium,  
et ad Africum portionem Terra Laboris. In hac  
provincia aer spirat frigidus quidem sed salubris,  
Apes Montis Majella semper nive contegitur,  
que ventis agitata praetercuntes, si ei nimis  
appropinquent, suffocat. Nihilominus fertilis  
est, necnon frumentum, Oryzam, et alias semi-  
narium granorum species, vinum, oleum et plu-  
res alios fructus abundanter profert, ut et magnam  
Corti optimi copiam, Combyces, feras pennarias;  
Sylvae multas continent feras, interquas non pauci  
sunt ursi et Lupi. Aterno: Pescara: flu-  
mine ab Aprutis Ulteriori separatur. In ea  
sunt duo Archiepiscopatus et tres Episco-  
patus. Notari merentur hic

1.º Theatua, Theate, Chictum: Chicti, Circa  
sive Circa di Chicti: Vetus et ampla civitas Ca-  
putque provincia cum Archiepiscopatu à Papa  
Clemente VII. instituta, necnon Sedes provinciae  
Praesidis. Sita est in confinis Aprutii Ulterioris  
supra montem propè Aternum: Pescara: flumen  
8. miliaris ad Africum ab Aterno urbe. Veteres  
illam Theatens vocaverunt, eratque Metropolis  
Marcinorum. Anno 1706. mense Novembri  
terre motu grave damnum passa est. Ab ipsa  
Canonici Regulares Theatini nomen habent,  
eoque Joannes Petrus Caraffa, qui postea sub  
nomine Pauli IV. Summus Pontifex factus est,  
unus e ipsorum fundatoribus fuit, atque eodem  
tempore Theatensam Sedem tenuit.

2.º Lancianum, Lanceanum, Auxanum,  
et Auxanum Oppidum: Lanciano, Lanciana;

L'Aniense, Lansiense, et Langano:| Ubs Satis ampla  
 et populosa unicum Archiepiscopatu an. 1582. in-  
 stituta. Sita est ad Falterinum amnem, 2. millia-  
 riis a Sagro seu Saro | Sangro:| flumine, 7. ab Ortho-  
 nis versis austrum. a mundicis, quae in ea non-  
 sibus Majo et Augusto celebrantur, famosa.

Vetus illius nomen Anxanum est, ab Anxanis po-  
 pulis, qui à Tretanis, qui Aprutium ceteris in-  
 colebant, et in quorum ditione ipsi erant, Treta-  
 ni fieri cognominati. Ptolomaeus Lib. 3. c. 1.  
 Ubs Anxanorum meminit, illamque Hykavon  
 nuncupat, quod ipsius Interpretes Anxanum Oppi-  
 dum reddidit. An. 1706. eidem terrae motus  
 magnum intulit damnum.

30 Sulmo | Sulmona, Sulmoae, Solmona, Solma-  
 ne:| Ubs pulchra cum Episcopatu jam an. 500. fun-  
 data, cuius Episcopus Summae Sedi immediate sub-  
 jicitur. Sita est versis confinia Aprutii Ulte-  
 rioris ad Soram fluvium, nec procul à Sagro flumi-  
 ne, 20. milliariis versis Africum à Theateca.  
 Aquis irrigatur salubribus, quas varii rivus eidem sup-  
 peditant. Illius meminere veteres Scripto-  
 res: Ptolomaeus Lib. 3. c. 1. illam Belignis adscribit.

Casar de Bell. Civil. Lib. 1. c. 18. illius etiam me-  
 minit, ejusque Incolas Sulmonenses vocat, et  
 7. milliariis à Corfinio distitam esse ait. Silius  
 Italicus Lib. 8. v. 540. illam gelidam cognominat,  
 propter illius intra duos fluvios, quorum aqua fri-  
 gidissima erant, situm. fuit patria Ovidii,  
 prout ipsemet Trist. Lib. 4. Eleg. 9. memorat:

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis.

Idem Ovidius et post ipsum Silius Italicus Sul-  
 monem à Solymis Phrygiis fundatum fuisse, cui  
 et nomen suum improberit, ajunt. Sed haec fa-  
 bula proculdubio in sola nominum simili-  
 tudine habet fundamentum.

Sulmo Principatus titulo gaudet, et Princi-  
 pi Borghero parat: estque Caput Valventis  
 Comitatus, qui antiquitus Belignorum regio  
 erat. In eo fuit Episcopatus, qui an. 700. Sul-  
 monensi junctus fuit. est retenta tamen sua Cathe-  
 drali Eulesia. Igitur binae sunt in hoc Episcopa-  
 tu Cathedrales Eulesiae, una in Sulmone altera  
 4. ab ipsa milliariis in Sylva, et ex loco posita, ubi

Masorum  
 cum Toni-  
 lla ita in  
 taeonia  
 em, et alio  
 um plura  
 captivos.  
 | limites  
 m Ulterio-  
 tricum, a  
 isinum,  
 s. Juba  
 D. Salubris  
 tagitur  
 ai nimis  
 us fertili-  
 les hinc  
 m et flu-  
 t magna  
 panaria  
 non possi-  
 vaiflu-  
 sua  
 jupoga-  
 Cita  
 itos Ca-  
 Papa  
 rinie  
 ttarior  
 flume  
 Veter  
 ropoly  
 inculi-  
 Abipf  
 baut  
 tea  
 tust  
 coler  
 ram,  
 ra;

antiquitus Corfinium Urbs Stetit, cuius multa adhuc  
 supersunt rudera. Sub Sergio Papa I. qui ab an.  
 687. usque ad an. 701. Ecclesiam rexerit, vel paulo ante  
 Episcopalis facta est, et sub eodem juncta fuit Sub-  
 monensi sicut circa an. 700. An. 1054. Leo Papa  
 IX. hanc conjunctionem confirmavit.

4<sup>o</sup> Orthouinum | Ortona, seu Ortona à Mare:  
 Urbs vetusta, et Sedes Episcopalis, sita in litto-  
 re Sinus Veneti 8. miliaribus versus Septentrionem  
 à Lanciano, inter exiguos fluuios Tronum et Mo-  
 rum. Antehac portum habuit, quem Vene-  
 tiani pessum dederunt. Aer in ea saluber-  
 spirat, cives frequentis incumbunt commer-  
 cio. Illius Episcopatus, qui sub Archiepiscopa-  
 tu Theatino est, antiquissimus est, et iam  
 saeculo VI. et forte prius proprios Episcopos ha-  
 buit; at postmodum defecit, tandem an. 1570.  
 à Papa Pio V. Jenuis erectus fuit, ipsique sub  
 Clemente VIII. an. 1604. Campensis in per-  
 petuum junctus.

5<sup>o</sup> Aternum | Bescara: Urbs vetus sita ad  
 ostium ejusdem seu nominis fluuii, qui in  
 Sinum Maris Veneti influit, 6. miliaribus  
 iuxta Theataea, 8. à Pinna versus Orien-  
 tem et 12. ab Atria. Episcopatum habuit,  
 qui Atriam translatus est. Munita est, et  
 arce protegitur. Illius ager titulum Mar-  
 chionatus gerit, qui ad Avalorum | Avalos:  
 familiam pertinet. An. 1707. Caesarici  
 illam occupaverunt. Anno autem 1732.  
 Hispani eam obsederunt, ac obtinuerunt.

143.

## §. III.

## De Comitatu Molisino.

Comitatus Molisinus | La Contea, seu Il  
Contado di Molise: Triangularem ferme fi-  
 guram exhibet. inter Apuntium Citerius, Capi-  
 tanatam, et Terram Laboris. Maxima illius  
 longitudo ab Aquilone ad Austro-Africum est  
 33. circiter miliarium, et ab Oriente ad Occi-  
 dentem 40. Impensa ferax est frumenti,  
 vini et croci; necnon feris et Bombycibus  
 abundat. Vocatur etiam Provincia Lanciana.  
 Notatur hic

1<sup>o</sup> Molisa | Molise: | Opidulum cum Castello,  
 et Episcopatu sub Archiepiscopatu Beneventano.  
 ab eo Comitatus nomen trahit. Situm est 12.  
 milliariis versus Orientem ab Esernia. In  
 eo residet Comitatus Gubernator.

2<sup>o</sup> Esernia, Asernia | Isernia seu Serogna: |  
 urbs sita sub monte Apennino, 15. milliariis versus  
 occidentem à Molisa. Habet Episcopum Archiepis-  
 copi Capuensis Suffraganeum. Est patria S. Coles-  
 tini Papae V. Vetus est, illiusque meminere  
 Ptolomaeus lib. 3. c. 1. qui illam Samnitibus adscribit;  
 et Strabo lib. 5. p. 250. ubi illam Urbibus illis adnu-  
 merat, quae ab antiquo suo statu ita defecerunt,  
 ut urbes diu haud amplius mereantur. In Iti-  
 nerario Antonini Sernicum vocatur. In No-  
 titia, quae in Antiquitatibus Ecclesiasticis apud  
 Schelestretum Tom. 2. p. 762. col. 2. extat, illius  
 Episcopatus Iserniensis vocatur.

3<sup>o</sup> Bojanum seu Bovianum | Bojano: | urbs ve-  
 tus, cuius meminere Strabo lib. 5. p. 482. et Plini-  
 us lib. 3. c. 12. Sita est ad radices Montis Apenni-  
 ni, in confiniis Terrae Laboris, ad Tiphernum | Bi-  
 fernis: | flumen, seu potius ad ipsius Saturiginem,  
 13. milliariis ad Eurocotum ab Esernia. An-  
 gusta est et paucos complectitur incolas; habet  
 tamen Episcopum Archiepiscopi Beneventani  
 Suffraganeum.

4<sup>o</sup> Treventum, Triventum, Triventinum,  
 Triventium | Trivento, Trevento: | urbs ad Tri-  
 nium | Trigno: | flumen posita, 11. milliariis  
 versus Boream à Molisa. Vetus est, illiusque  
 meminit Plinius lib. 3. c. 12. incolasque Tre-  
ventinates nuncupat. Item Frontinus, eique  
Colonia titulum tribuit, quam Treventum,  
 vel, ut quaedam Mss. habent, Terebentum vel  
Treventum nominat. Huius exiguae Urbis Cives  
 contendunt, at cum exiguo fundamento, se jam  
 à primo Ecclesia Saeculo Episcopum habuisse.  
 Interim tamen illorum Episcopus favore Alexan-  
 dri Papae III. qui ab an. 1159. usque ad an. 1181. vixit  
 Ecclesiam, exentes fuit, et à provincia Beneventa-  
 na, in qua erat, ad Lantianam translatus.

ta ad huc  
 qui ab an.  
 paulo ante  
 fuit sub  
 2. Leobape  
 a Marc:  
 ia in litta  
 trionem  
 et Ma  
 am Vere  
 Salubr  
 omnes  
 piscope  
 et jam  
 ropohe  
 an. 1170  
 e sub  
 in per  
 lita ad  
 ni in  
 iaris  
 y Orin  
 habit  
 La est, p  
 n Mar  
 thals:  
 arei  
 1732  
 unt.  
 en fl  
 me fi  
 Copi  
 llius  
 ur et  
 ad Cou  
 monte  
 he  
 eiana

5<sup>o</sup> Guardia Alfaria | Guardia Alfere, seu Alfe-  
reg: | urbs parva, et ob insalubrem aërem pene deser-  
ta, unicum Episcopatu sub Metropoli Beneventa-  
no. Sita est in confinis Capitanatæ ad Tiphernum  
flumen 5. miliaris ad boream à Larina.

6<sup>o</sup> Larinum, Larina | Larino: | urbs vetus exi-  
qua et paucos incolas continens, Sita in confinis  
Capitanatæ ad Internum litus Tiferis 5. miliaris  
versus Orientem à Guardia seu Guarda. Illius

\* *Trento* | *Tortore*: *Incola antiquitus Trentani dicitur à Trentone*  
*Apulia flavius. flumine. Stephanus etiam Larinam vocat, Pto-*  
*lomeus lib. 3. c. 1. Cicero pro Cluent. c. 9. et Mala-*  
*bet in Apennino monte, unde* *Lib. 2. c. 4. Larinum dicunt. Incola Larinates*  
*Capitanatam* *vocantur. Silius Italicus lib. 18. v. 585. ait in Sin-*  
*Dragonarum* *gurgiti* *haque jacet superi Larinas auola Ponti.*  
*Lagum versus* *Plinius lib. 3. c. 11. illos etiam Larinates vocat cog-*  
*præterfluentis* *nomento Trentanos. Hujus urbis territorium, quod*  
*Rivaltam in-* *amplissimum erat, à Cicrone lib. cit. Larinus*  
*tro et Agatho-* *ager, et a Tito Livio lib. 22. et 24. Larinas ager*  
*polim Sinu Ve-* *dicitur. Habet Episcopum Archiepiscopi Bene-*  
*neto immergi-* *ventani Suffraganeum.*  
*tur.*

144.

Scitis III.

De Apulia.

Apulia | La Puglia: | Sita est secundum Ve-  
netum Maris Sinum inter Apuntium Citerius, Comi-  
tatum Molisium, Principatum Ulteriozem et Ba-  
silicatam, necnon Sinum Venetum, et Sinum  
Tarentinum seu Mare Ionium. à Septentrio-  
ne ad Meridiem 70. miliaria complectitur, et à  
Causo ad Euronotum longitudo ejus est 150. millia-  
riorum. In tres partes dividitur, scilicet in Capi-  
tanatam, Terram Bariensem, et Terram Hy-  
druntinam. Constat plerumque populosis pla-  
nitibus, quæ etiam admodum fertiles sunt, ex-  
cepta illa Manfredonia plagâ, ubi Garganus Mons  
est. Cæterum calida est regio, in qua pauci  
fluvii occurrunt: unde Incolæ macilentæ sunt,  
sed eò magis sagaces et ingeniosi. Fructus quo-  
que optimum habent saporem, eoquod calore  
maturescant. In hac regione occurrunt  
Aranea venenifera, quæ *Tarantulae* vocantur,  
qui ab illis purgatur, ad mortem usque videt et

444  
saltat, nec nisi quadam musica melodia curari potest.  
Saeculo XI. Robertus Guiscardus, et filius ip-  
sius Rogerius post mortem consanguinei sui Rea  
Sicilia factus Apulia Dux fuerunt. Boc-  
tra et quidam Historici regionem hanc Japygiam  
vocaerunt. Quidam Apulia nomen ab  
Apluvia, id est Sine pluvia derivant, eo quod  
Horatius illam Sitiulosam vocet. Jovota et  
vidiula Etymologia. Modo illius tres mi-  
nores provincias singulis paragraphis expen-  
dimus.

S. I.

145

### De Capitanata.

Capitanata alias etiam Provincia Luceria  
seu Nuceria [La Provincia di Luceria:] dicta.  
confinis est ad Septentrionem et Orientem Ve-  
netiano Maris Sinui, ad Occidentem Comitatus  
Molisino, et ad Meridiem Principatus Ulteriori  
Basilicata et Provincia Bariensi. Solum ha-  
bat Sicum et arenosum; prae haec herbam proferunt  
gracilem sed optimam et magna pecorum copia.  
Sufficientem, qua ab Apulis aliisque vicinis locis  
huc adducuntur; at hic est lignorum penuria.  
Provincia haec plerumque plana est. Veteres illam  
Apulia Dauniam, vel Dauniorum vocaverunt,  
quod nomen fuit Regis Dauni Diomedis Socii.  
Notari merentur hic

1. Manfredonia Urbs parva Caput Provinciae.  
Sita sub monte Gargano seu monte S. Angeli ad  
litus ejusdem nominis Sinus maris, qui pars est Si-  
nus Veneti, 25. miliaris à Nuceria [Luceria:] ver-  
sus Orientem. et 22. ab Ostio Tufidi [Offanto:] flu-  
minis. Nomen habet à Manfredo Frederici II.  
Imperatoris filio notho, qui an. 1256. illam exci-  
tauit et suo nomine vocari voluit; ex ruinis vete-  
ris Siponti, seu Sypii, et Sepii, item Sepii ac Sapiun-  
tis urbis, quae Sepium cuius apud antiquos Scriptores  
frequens est memoria, et quae hinc miliaris dum-  
taxat distabat, aedificata fuit, et incrementa sum-  
sit. Est Sedes Archiepiscopi huc à Siponte trans-  
lata. Si accipietur; habet etiam exigua nota  
portum, ut qui non nisi Saphas suscipit; Sapius

à Turcis piratis infestatus fuit, qui tamen non vali-  
da arce protegitur. An. 1620. Turci illam occupa-  
verunt, expilarunt, et incendierunt. Terra motu  
damnum passa est, sed iterum restaurata fuit.  
Salinam habet celebrem. Quidam illius Archiepis-  
copi celebres fuerunt, ac inter alios Nicolaus  
Berottus, cuius opera nobis doctrinam suam pro-  
dunt; et Joannes Maria De Monte Cardina-  
lis, enimia Sapientia et magna Scientia vir,  
qui an. 1550. 8. Feb. in Papam electus, et 24. ejus-  
dem mensis coronatus est sub nomine Julii III.

2<sup>o</sup>. Mons Garganus seu Mons S. Angeli | Monte  
Gargano seu Monte Sant-Angelo: | non procul  
et versus Septentrionem à Manfredonia situs, cuius  
meminere Ptolomaeus, Pomponius Mela, et Plinius.  
Quercatus, erat contextus, ut memorat Horatius  
Odor. lib. 2. Od. 9.

Aquilonibus  
Quercata Gargani laborant.

Item Boeta ingens maris murmur cum strepitu  
horum quercatorum comparat, ubi turbo in eis agita-  
tur

Garganum mugire putes nemus, aut mare Thurcum.

Mons iste usque ad mare Adriaticum porrigitur. Luc-  
anus lib. 5. v. 380. ait

Appulus Hadriaeos exit Garganus in undas.

Idius apicem Promontorium Montis Gargani num-  
cupat. Strabo ait lib. 6. idem ad 300. Stadia orientem  
versus in istud mare porrigi. Orientalis hujus pro-  
montorii terminus modo Promontorium Viesticense  
| Capo Viestice: | ab Urbis Viesta nomine ~~est~~ dicitur.

Mons iste à tempore, quo S. Michael Archangelus in  
eo apparuisse dicitur, scilicet ab an. 483. vel 493. quo  
juncta constantem traditionem haec apparitio facta  
fuit, Gargani nomen amisit. Ab hoc eventu  
propter publicas devotiones, quae postea ibidem  
instituta fuerunt, ades celebris factus est, ut in  
eo urbs excitata fuerit, quae Mons S. Angeli dicta  
est, quo nomine, antiquato veteri suo, etiam Mons  
ipse venit.

Urbis ista 6. miliaris à Manfredonia distat ver-  
sus Septentrionem. In ea et extra muros ipsius  
usque quadraginta numerantur Ecclesiae, omnes

venusta. Illius ambitus est 1 1/2. miliarii. Est Sado, Archiepiscopalis. Arcem habet, qua inexpugnabilis dicitur. Extat adhuc in hac urbe ingens turris Gigantum Turris dicitur. adsunt etiam rudera Templi Ioli Belummi in infima urbis parte. Quidam putant eodem loco olim stetit Diomediam seu Diomedeam et Diomedis urbem, de qua Virgilius Aeneidos lib. 8. v. 9. et 10. sic loquitur:

Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem  
Qui petat auxilium.

Si fides Ortelio, haec urbs est ipsa eadem, qua alias etiam Aopi, Argos Hyrium, Argyrissa, Argyrissa et Lampe vocata fuit.

3.º Bostia, Viesta, Viesta, Apucerta |: Viesta:| urbs in littore maris Adriatici sub Monte Gargano posita 8. vel 9. miliaris versus Euss-Aquilonem à Manfredonia. Creditur ex ruinis veteris Merini excitata fuisse. Angusta et pauper urbs haec habet Episcopum an 1000. vel iuxta alios an. 1099. à Basiliensi Bapat. institutum, qui prius Merini sedem habuit; Subest Archiepiscopo Manfredoniano. Ei etiam impendit Castellum.

4.º Lesina. Urbs, qua Episcopatum habuit sub Archiepiscopatu Beneventano, an. 1624. terra motu devastata est, ac modo nominis exiguus est Castrum 3. miliaris à Sinu Veneto, et 22. à Manfredonia versus Casertum, prope ejusdem lacum nominis lacum.

5.º Rhodia urbs exigua in littore Sinus Veneti posita 8. miliaris versus Orientem à Varano Lacu. Creditur esse Veterum Hyrium seu Hyria.

Varanus Lacus, alias etiam Pontanus Lacus |: Varano Lago:| haud procul à littore maris Adriatici situs est. Ambitus ejus est 5. miliarium et ex quo aqua ducta non procul à Rhodia in Sinum Rhodianum influit.

6.º Termola, Termulum, Terniolum, et Terminus |: Termini, et Termoli:| urbs exigua ad ostium Tiferis seu Phiterni |: Tiferis vel Biferis:| fluminis versus Mare posita 20 miliaris versus occidentem à Lesina. Titulo Ducatus gaudet, etque Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Beneventano. Origo illius a nullo Historiographo notata

reperitur, communiter tamen antiquissima credi-  
tur, atque olim Buta seu Bua, vel, ut alii volunt,  
Marozzo dicta fuisse. ultra 500. familias non  
complectitur. Habet Episcopatum ~~non~~ multo  
antiquiorem, quam vulgò credatur, quò ut qui  
jam à 1000. annis Archiepiscopatus Beneven-  
tano subiectus sit. Proter Eclesiam Cathe-  
dralem, adhuc alia Parochialis adest. In ea  
quoque numerantur 3. Virorum Monasteria,  
aliquot Laicae Confraternitates, et Xenodochium.  
Dioecesis 13. Urbes et Pagos comprehendit. Sa-  
culo precedenti à classe Turcica incensa fuit.  
Eclesia Cathedralis, quam Episcopus magnificè  
restauravit, et pretiosis ornamentis donavit.

7<sup>o</sup> Dragonara seu Dragonaria et Traconaria  
Pagus prope Trentonem (i. Hostore;) fluvium situs  
20. miliaris ad Alfrum à Lucina. Olim fuit  
Civitas Episcopalis, quae vetus Gerania, Gerio, Ge-  
ronium seu Geranium fuisse dicitur in Apulia  
Daunia.

8<sup>o</sup> Luceria, Nocera, Nuceria, Luceria Baga-  
norum seu Nuceria Saracenorum (i. Lucra Dei  
Bagani;) Urbs sita 18. miliaris ad Arsonotum à  
Dragonara. Antiqua est, illiusque meminere  
Stolomaeus lib. 3. c. i. illamque Nuceriam Apulorum  
vocat. Tabula Pentingeriana, ubi Nuceria Apu-  
lia dicitur. Plinius lib. 3. c. ii. Strabo lib. 6. p. 284.  
et Cicero Pro Plancio c. 69. qui illum Lucerianum nomen  
nominat. Titus Livius lib. 24. c. 10. illius incolae Lucerini  
nominati. Fuit Colonia Romana. Dicitur Luceria  
Baganorum vel Nuceria ~~Saracenorum~~ Saracenorum, quia  
cum vasta jaceret Fredericus, Imperator II. Impe-  
rator Saracenis ea conditione tradidit incolendam,  
ut illam denuò edificarent. Est Sedes Guberna-  
toris provinciae et Episcopi Archiepiscopi Beneventani  
Suffraganei.

9<sup>o</sup> Troja Urbs munita et populosa sita prope  
montem Apenninum sive 7. miliaris ad Austum  
à Luceria. Anno 1008. ex ruinis Olea seu Olea-  
ni vel etiam Oleana Civitatis, cujus Veteres memi-  
nerunt, excitata facta est et quae jam annis 500. Epis-  
copalis fuit, excitata facta est. Anno 1072.

una cum aliis Regni Neapolitani urbibus ab Henrico II. Imperatore oppugnata fuit. Titulum Comitatus gerit, vel, ut alii volunt, Principatus. Illius Episcopus exentus est à jurisdictione Archiepiscopi sui Manfredoniani, seu, ut alii volunt, Beneventani.

In hac urbe variè habitè fuerunt Episcoporum conventus, praesertim an. 1095. ubi varia constitutiones graves adita fiere, specialiter circa dissolutionem Matrimonii personarum consanguinearum.

Non procul hinc erat Castrum Cirincolum [Cirincolo: dictum, ubi an. 1503. Galli ab Hispanis sub Ferdinando Conrabo ingenti clade affecti sunt.

10. Arcellum Patricium seu Apulum [Arcoli:] Urbs Episcopalis sub Archiepiscopatu Beneventano, et paucorum incolarum. Sita est supra montem in confinis Principatus Ulterioris prope Montem Apenninum 10. milliariis ad Levantem à Troja.

Antiquissima est, ac an. U.C. 476. prope eam accidit magnum illud proelium inter Romanum Consulè Fabrium et Regem Byrohum. Saeculo XII. à Rogero Roberti Guiscardi filio devastata fuit, postquam adversus ipsum rebellasset. Tandem an. 1599. terrae motu omnino excisa fuit. Hodiernum Arcellum autem an. 1710. prope prioris rudera excitatum est, tristis conditionis locus, qui tamen titulo Principatus gaudet, et ad familiam de Leira pertinet.

11. Bovinum [Bovino:] Urbs Episcopi Sedes Archiepiscopi Beneventani Suffraganei, supra montem sub Apennino posita 6. milliariis ad austrum à Troja. In Comitatu Ducatus facta est, et prosapia de Guersara parat.

12. Forum S. Severi [San Severo seu San Seviero:] Urbs exigua in planitie sita 9. circiter milliariis ad Orientem à Dragonara, et 11. à Sinu Veneto.

Titulo Principatus gaudet, estque Sedes Episcopi an. 1580. à Papa Gregorio XIII. erecta et Archiepiscopo Manfredoniano subiecta; at modo Summae Sedi immediatè parat. Postquam Cathedralis

Ecclesia ad B.V. Mariam dicta vehementi terrae motu subversa fuit, illius Canonici numero 15. una cum aliis Ecclesiasticis ad Ecclesiam S. Antonii se receperunt, quae modo ipsorum principalis est Ecclesia.

ina. con  
aliis volu  
miliis ne  
multo  
sio ut qu  
Benevent  
Cath  
In ca  
storia,  
obdium  
t. Sa  
a fuit  
magis  
onant.  
conora  
ium de  
in fuit  
sio, fe  
Anolis  
Baga  
a de  
atum  
nion  
Apulo  
ria Ap  
cip. 284  
num  
lucina  
lucen  
que  
Impe  
leuda  
brona  
ventu  
prope  
custo  
cu lle  
ymen  
1710. Ep  
1722

S. II.  
De Terrâ seu Agro Barensi.

Terra seu Agor Barensis seu Bariensis et Barianus; La Terra di Bari; Confines est ad Septentrionem et Orientem littori Sinus Veneti, ad Austorum Provincia Hydruntina et Basilicata, et ad Occidentem Capitanata, à qua Aufidus; Offonto; fluvius illam separat.

Propter suam eximiam fertilitatem et culturam prociqua Apulia pars existimatur: ab Oriente in Occidentem porrigitur, nomenque habet à Sua Metropoli. Notari hic merentur

1.º Barum, Barium, Baris, Baratum, Baria, et Baris; Dari; Urbis satis ampla et populosa totius provincie Metropolis, unam Archiepiscopatu, et titulo Ducatus. Sita est ad litus Maris Mediterranei in fertilissima regione Poliniana inter et Tranium 20. miliaris ad Orientem à Tranio, et totidem à Poliniana ad Occidentem.

Munita est, et portum habet, qui antequam Venetiani illum sub ultimis Regibus Neapolitanis destruxerint, optimus fuit. Post inclinatum Romanum Imperium à Saracenis et aliis Barbaris saepius occupata fuit, tandem vero grecis cecidit: postmodum Meles Dux Barensis universam Apuliam et Galabriam adversus ipsos conitavit; à quo tempore proprios Duces habuit, qui Regum Neapolitanorum clientes, fiduciarii fuerunt.

Urbanus Papa II. an. 1098. Concilium hic celebravit, in quo S. Anselmus Cantuariensis Episcopus contra grecos ratione illorum cum Ecclesia Latina conjunctionis disputavit. Antehac in hac Urbe Reges uniti fuerunt et coronati.

2.º Tranium, Trannus; Trani; Civitas ad litus Sinus Veneti 24. miliaris à Baris posita. ampla est ac populosa, necnon 4000. Incolarum numerat. Habet aedes pulchras et Arcem ab Imperatore Friderico II. exstructam, qui et ibi constructi fecit portum, qui modo arenâ obturatus est.

Civitas haec jam Saeculo I. Sedes Episcopalis fuit, quae Saeculo IX. vel X. Archiepiscopalis facta est. Ecclesia Cathedralis, quae in honorem B. V. Mariae aedificata est Patrum Tutelarem agnovit S. Nicolai, qui etiam ibidem sepultus jacet. 24. Canonici eam administrant. Proter illam nulla hic extat Ecclesia Parochialis; numerantur autem 6. Vivorum et totidem Monachorum Coenobia; 3. Nosocomia, quae in unum conflata



g. mibionis ad Septentrionem à Mataola seu Ma-  
tera. Stigii Orinorum titulum Ducatus tribuit.  
Illius Episcopatus jam à Saeculo X. vel X. substat.  
Quidam volunt illius Episcopum, non Acheruntia-  
no duntaxat sed Materensi subijci.

9. Malphata, Melficta, Malphictum, Malfita,  
et Melfitum |: Molfetta seu Molfeta:| Urbs  
Sedes Episcopi immediatè Summae Sedis Subiecta.  
Sita est ad litus Maris seu Sinus Veneti inter Bari-  
um ad Orientem, et Tranium versis Occidentem.  
In suo ambitu 8000. hominum numerat, amplum-  
que habet Suburbium. Putant aliqui eam à  
Mauro Ulyssis Socio conditam fuisse; alii vero vo-  
lunt illius fundamenta Romanos, jecisse, qui, cum  
Constantinum M. Byzantium comitari vellet,  
huc cum duabus navibus tempestate abrupti fre-  
ruat; verum ex multis veteribus vestigijs, et  
etiam aliunde manifestum est Romanos urbem  
hanc non tam condidisse quam potius duntaxat  
restaurasse. Episcopatus iste, qui olim sub  
Archiepiscopo Bariensi erat, an. 1484. ab Inno-  
centio Papa VIII. ab illius jurisdictione excutatus, et  
immediatè sua Sedis Subiectus fuit. Inter anti-  
quissimos Episcopatus recensetur, atque fundatus  
dicitur ab ipso Apostolo S. Petro, cum ex Oriente  
Romam pergeret, quod confirmare videntur ve-  
teres S. Petri Eclesiae ejusdem S. Apostoli reli-  
quiae, quae Saeculo praeterito Monialium Coenobi-  
um translatum fuit.

Præter Eclesiam Cathedralam, in qua singulis  
annis 14000. Missarum legi debent, et in qua  
corpus S. Conradi Urbis Patroni, qui Henrici Ba-  
variae Ducis filius fuit, sepultum jacet, hic ad-  
sunt etiam S. Virorum et S. Monialium Coenobia,  
una cum Nosocomio et Orphanotropheo aliquotq;  
Laiis Confraternitatibus. Gonzagis Her-  
dinandi Gonzaga |: Don Ferrand Gonzaga:| per  
Carolus V. Imperatoris Belliduis postoris Prin-  
cipis titulum tribuit. Solum habet amygdala-  
larum, et Olei feracissimum.

10. Polymianum, Polimianum et Bulia-  
num |: Polignans:| Urbs Sedes Episcopi, cujus



13<sup>o</sup>. *Canna* |: *Canna*, *Canna*, *Canna ditrotha*: |  
 Olim vicus ad Ausidium positus tribus circiter millia-  
 riis à Barulo, prope quem Hannibal ingenti Ca-  
 4 Romanos saffecit, ac 40000. peditem et 2700. equitum Roma-  
 norum interuicione delevit. Ibidem etiam  
 an. 1019. Greci à Normannis fusi sunt, vicusque  
 occupatus. An. 1083. Normanni Duce Roberto  
 Guiscardo illum Dennis subegerunt, et cum postea  
 cives rebellare incepissent, solo aequatus est, ci-  
 vesque Barulum se receperunt. Olim locus iste  
 proprios habuit Episcopos sub Archiepiscopo Naza-  
 rensi; et quamvis, ut dictum, an. 1083. in cineres  
 redactus fuerit; attamen Episcopi adhuc 400. ferme  
 annorum spatio suam dignitatem tenuerunt, do-  
 nec tandem Papa Martinus V. Sedem Episcopa-  
 lem Tranium transtulit, et Calixtus III. an. 1455.  
 illam Archiepiscopatu Nazarensi coniunxit.

147.

S. III.

## De Terra seu Provincia Hydruntina.

Terra seu Provincia Hydruntina |: Terra di Otan-  
 to: | magnam exhibet peninsulam, et confinis est  
 ad Septentrionem Terrae Basilicensi, et etiam ex pos-  
 ta Venetiano Maris Sinui; ad Orientem Maribus  
 Adriaticis et Ionis; ad Austrum magno Maris Sinui,  
 qui ipsam inter et Basilicatam est, et ad occidentem  
 Basilicatae. Provincia haec complectitur Cal-  
 abriam veterem et Messapiam, ubi Tarentini, Ca-  
labri, Salentini, et Japyges populi fuerunt. ab  
 Oriente ad occidentem ad 100. miliaria porri-  
 gitur, à Septentrione vero ad Austrum eius ma-  
 xima latitudo est 22. distantat miliarium. Mon-  
 tibus repleta est, solumque habet admodum  
 siccum, quod magnam olivarum, fimum et vi-  
 ni copiam profert. In ea sunt Tarentulae,  
 praesertim in territorio Tarentino. Solum ibi  
 certa quaedam locustae, quas cavalettas |: Cavalettes |  
 vocant, sapinis abundunt; at huic malo providentia  
 remedium attulit, suscitavit quippe avem, quae  
 illas abigit. Piratae Turcae sunt magis me-  
 tuendi: excursions in illam faciunt, agros depu-  
 pulantur, et omnes, quos capere possunt, incolas,  
 ducunt in servitutem. Quos detegi possunt, eorumque



Toti provincia nomen tribuit, ac inde illius Metropo-  
lis Dicitur debere videtur; hunc tamen titulum plerique  
Aletio | Leuca: | vindicant.

2<sup>o</sup> Castrum | Castro: | Urbis Sedes Episcopi sub Archiepi-  
scopo Hydruntino, sita in littore maris Jonii 6. mil-  
liariis ad Africum ab Hydrunto. Quidam arbitrantur  
eam esse locum illum, qui apud Dionysium Templum  
Minerva, apud Virgilium Arx Minerva, apud Vel-  
lejum Minervium, et in quadam tabula geographi-  
ca Castrum Minerva vocatur. Male habita est  
à Turcis praesertim an. 1437. Tum enim totam expila-  
runt, plerisque incolas occiderunt, et reliquos in servi-  
tutem abduxerunt. Nihilominus restaurata fuit,  
frequensque in ea viget olei commercium.

3<sup>o</sup> Alexanum | Alefrano: | Urbis Sedes Episcopi sub Ar-  
chiepiscopo Hydruntino sita 3. milliariis à Mari Joni-  
co, 9. à Promontorio S. Mariae de Leuca. Angustissi-  
ma est.

4<sup>o</sup> S. Maria de Leuca, seu Leucas. Urbis sita in  
extremitate ejusdem secum nominis Promontorii ad  
Mare Jonium 5. milliariis versus Austrum ab Alexano.  
Veteres Promontorium hoc Japygium et Salentinum  
Promontorium vocaverunt: Et ibi Urbem Stetife  
ajunt Aeram nomine.

5<sup>o</sup> Ugentum | Ugento, Ugenti, Ogento, Ogen-  
ti: | Urbis sita 7. circiter milliariis versus Occidentem  
ab Alexano. Jam ante Saeculum XI. Episcopalis fuit.  
Antehac populosa fuit; verum postquam bina vice  
à piratis Turcis devastata fuit, illius incolae mul-  
tum immuniti sunt, adeo, ut nunc non nisi Bagum  
exhibeat. In ea occurrunt 2. Virorum et 1. Mo-  
nialium Genobia, unacum aliquot laicis Confrat-  
ernitatibus. Ecclesiam Cathedralem, quae S. Vin-  
centii Martyris dicitur, administrant 9. Canonici,  
inter quos Cantor praecipuam dignitatem tenet. Dis-  
ceris satis ampla est, et 6. Urbes, 8. Pagos, 14. Ecle-  
sias parochiales et 2000. familias complectitur.

6<sup>o</sup> Gallipolis | Gallipoli: | Urbis Sedes Episcopi sub  
Archiepiscopo Hydruntino sita ad Salebrosum Solum et  
in littore Tarentini Maris Sinus 25. milliariis versus Occi-  
dentem ab Hydrunto. Angusta est, sed munita et in-  
colis frequens. Portum habet, qui antehac optimus  
fuit, sed jam à ducentis annis penè destructus est; in  
ea tamen frequens viget commercium. Genenses

inde magnam vini, olei, uoci, et Sacari vim asportant.  
 Apud veteres vocata fuit Gallipolis Senorum, quod  
 nomen ipsi à Graecis inditum est, ac ipsorum lingua  
 idem est ac venusta Civitas Senorum. Postmodum  
 Romani eam Auxam nunciarunt; tandem ad anti-  
 quum nomen huius rediit ac deinceps Gallipolis dicta  
 est. Antiquitus Urbs erat Graecorum in territorio  
 Salentinorum posita.

70 Nardum, Neritum, seu Neritum (Nardo) Urbs  
 Sedes Episcopalis cum titulo Ducatus et prosapia de Aqua-  
 viva Subjecta. In amoena planitie sita est 9. millia-  
 riis versus Septentrionem à Gallipoli et 2. vel 3. à Ta-  
 rentino Maris Sinu. Inter vetustissimas Urbes recen-  
 setur, et angusta quidem, sed populosissima, ut in qua  
 ultra 6000. inuidentur in Joannis Epiphani Scripto  
de Statu veteri atque recenti Ecclesiae Neritonensis  
 legitur, ultra 15000. Incolarum numerentur.

Quod ad illius Episcopatum attinet, equidem antiquissi-  
 mus est, quamvis illius origo sit incerta; ex Romanen-  
 sis tamen fide dignis habetur, quod jam diu priusquam  
 Neapolitana provincia seu Regnum Imperatoribus  
 Graecis paruerit, Nardum jam proprios habuerit  
 Episcopos quamvis pro certo dici non possit, an  
 Latinis, vel potius Graecis Episcopis annumerati  
 fuerint. Episcopatus iste sequentibus tem-  
 poribus defecit, et Monasterium factus est, quod  
 primum Monachi Graeci Ordinis S. Basilii posse-  
 derunt, postea vero Benedictini obtinuerunt;  
 in eo tamen unicum Monachis semper etiam  
 Canonici fuerunt. Eo temporis Archiepiscopus  
 Bourdusinus in illud Ecclesiasticam jurisdictio-  
 nem habuit; verum ubi Sacerdotis XI. Eulenia  
 clauum tenente Urbano II. in Abbatiam mutatum  
 fuit, tunc Abbatas ab hujus Archiepiscopi jurisdictio-  
 ne, quamvis non sine multa contentione, se se  
 liberarunt, ac sub Summa Sedis potestate stete-  
 runt. Tandem Papa Joannes XXIII. an. 1413.  
 ex hac Abbatia Episcopatum denuo fecit, qui ad  
 hanc usque diem Summae Sedi immediata subji-  
 tur. Illius Capitulum constat 20. Canoniceis,  
 proter quinque, qui principales habent dignitates,  
 inter quos aeminet Archidiaconus. In Ecclesia Ca-  
 thedrali proter Vicarios, seu, ut vocant, Capellanos,

100. Calaniarum munia possident. In urbe sunt tria Virorum Monasteria; extra urbem vero quatuor, et unum Monialium. Item Seminarium Clericorum, Nosocomium, et multa laica Confraternitates. Diocesis ita 17. civitates complectitur, necnon ad 20. miliaria porrigitur.

8<sup>o</sup> Aletium: Leuce seu Lecie, Leze, et Legge: Civitas totius provinciae Caput, Sedes Gubernatoris et Episcopi sub Archiepiscopo Hydruntino. Sita est Brundisium inter et Hydruntum, unde 20. miliaribus distat, et 15. a Narbo. Ampla est, et rebus totius Regni Neapolitani populosissima habetur. communis opinio est eam esse Ptolomaei Aletium, quod item esse ac Valetium putat, sed falsis, nam Valetium ad Maris latus positum erat, Aletium vero octo miliaribus ab ipso distabat. Imò dubitant aliqui, num Aletium hic collocandum sit, quod Holsteinius et Harduinus testantur omnes Manuscriptos libros Sarmadium habere.

9<sup>o</sup> Brundisium: Brindisi: Civitas antiqua, Castro munita et Sedes Archiepiscopi, unicum bono portu. Graeci illam ΒΡΕΥΤΕΡΙΟΝ, ΒΡΕΥΤΥΡΙΟΝ, et ΒΡΕΥΤΙΣΙΟΝ vocant. Aetate Romanorum optima erat in Graeciam trajectus. Sita est in littore Maris 36. miliaribus versus Orientem à Tarento. 39. ad Castrum ab Hydrunto, 64. ad Curionotum à Pariso. 20. ad Castrum ab Aletio. Sub gr. Long. 35. m. 40. lat. 40. m. 52. olim in territorio Salentinorum eo tempore habitabat, quo Romana colonia illuc missa fuit, contra Titum Livius illius meminit Epitom. 19. eamque Brundisium vocat, ut et ipsius Bromontorii Lib. 50. c. 10. Cicero ad Attic. Lib. 4. Ep. 1. illius etiam velut Coloniae facit mentionem et Incolas Brundisinos nuncupat. Cum Sylla à Graecia in Italiam rediret civesque ipsius Cassi portum suum ultro aperuissent, ipse illorum urbem liberam et ab omni vectigali et tributo immunem declaravit; qua immunitate deinceps gavisus est. Sub initium belli Caesarem inter et Pompejum, prior anno U. C. 705. hunc Brundisium, quo se receperat, ut inde in Graeciam, ubi exercitus suus cogi debebat, trajiceret, intercludere conatus est: hunc in finem ab uno portus brachio ad aliud aggerem moliri coepit; Verum Pompejus frequentibus eruptionibus retardavit opus, sed etiam, cum portus penè clausus

esset, ipse cum classe sua tutus et incolumis evasit. Post-  
 modum urbs haec à Barbaris Sapiis occupata fuit, ac  
 bina vel ternâ vice excisa, et iterum restaurata:  
 praecipua tamen intestina bella et civium factiones,  
 in quibus passim multum humani sanguinis effu-  
 sum est, atque debiliores à validioribus exturbati  
 fuerunt, illam omnino depreperunt. Portus  
 ipsius equidem, ut olim, amplus est et tutus, sed  
 ad recipiendas magnas naves ineptus ab eo scilicet  
 tempore, quo Joannes Antonius Tarenti Princeps,  
 ut Venetianos et Alphonsum Neapolit Regem hos-  
 tes suos impè ab hac urbe arceret, impediretque ne  
 ad eam classem suam appellerent, illamque occu-  
 parent, ingentem onerariam navem lapidibus  
 impletam in aditu portus deprimi curavit. Post-  
 modum istud impedimentum auferre Sapiis ten-  
 taverunt Incola, nunquam eorum labor est per-  
 ductus est, ut magnae naves, prout olim, huc  
 appelli valeant; unde hujus urbis commercium  
 et navigatio exigui videtur esse momenti.

Brundisium ex eo etiam celebratur, quod ibi-  
 dem Virgilius ad plures abierit, et Pacuvius alter  
 famosus Poëta Latinus, cujus quaedam adhuc su-  
 perant fragmenta, natus sit. Urbs haec solo  
 cingitur fertilissimo praecipue Oleorum, qua  
 optimum oleum profertur.

10.º Ostunium, Hostunium, et Ostunium §: Ostu-  
 no: | Urbs Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Brundisi-  
 no, sita supra montem in litore Sinus Veneti et  
 confinis provinciae Barentis 16. circiter millia-  
 riis versus occidentem à Brundisio. Praeter Eule-  
 sianam Cathedralam, quam 24. Canonici administrant,  
 adest etiam Ecclesia parochialis, unum 4. Vir-  
 ginum et unum Monialium Coenobis, et aliquot Con-  
 fraternitatibus laicis. Titulum Ducatus gerit,  
 et immediate Regi paret. Circumposita regio  
 ferax est Olei et amygdalarum.

11.º Uria seu Hyria §: Oira seu Oria: | Civitas  
 Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Tarentino, sita  
 supra collem ad radices Apennini montis 15. millia-  
 ribus ad austrum ab Ostunio. à Cretenisibus,  
 qui primi in Siciliam transfretarunt, condita fuit.  
 Populosissima est, ac 5000. incolarum continet.

Ei impendit Arx in Saeco posita. Est Uria Veterum; etiam ab ipfis Styria dicta fuit; at quidam hoc nomine urbem aliam ab Uria distinctam venire contendunt. Est caput Marchionatus ad familiam Genuensium Imperialium [Imperiali:] spectantis. Heronpertus memorat illam aetate Calderii Principis Beneventani liberam fuisse urbem. An. 974. à Saracenis expilata fuit, et an. 977. in cineres redacta. Tandem an. 1062. Dux Robertus eam in suam redegit potestatem; et quamvis mox iterum devastata fuerit, tamen demum ita restaurata est, ut, quod iam diximus, modo 5000. incolarum numeret. S. Bassanus seu Bassomulphus creditur primus huius urbis fuisse Episcopus, quippe cuius corpus in Suburbana eius nomini dicata Euleria quiescit. Episcopi Boundisii diu huius resederunt, postquam nempe Boundisium à Saracenis devastatum fuit, at ubi postmodum Uria eandem passa est calamitatem, ambo Episcopatus simul iuncti fuerunt, donec tandem dissensiones, quae inter utriusque Civitatis Incolas identidem suborta sunt, Papam Gregorium VIII. qui an. 1187. Euleria clavam per duos duntaxat menses tenuit, eo adduxerunt, ut hos Episcopatus demum separaret, relictoque Boundisina Sedi Archiepiscopatus titulo, Uriensem Archiepiscopo Tarentino subiecerit.

Vetus et prima Cathedralis Euleria Uriensis, quae SS. Chrysanto et Daria dicata erat, eo loco statit, ubi nunc Castrum extat; Kodisina vero in urbe sita est, et expertissimum habuit Architectum; honoribus B. V. Mariae dicata est, et quam plurimis superbit reliquis. Praeter decem Parochiales Eulerias, etiam numerantur in hac urbe, unum Benedictinorum, alterum Celestinorum Monasteria. In Suburbis autem plura occurrunt.

12. Tarentum, Urbs Salentinorum, à Graecis Tapas dicta [Tarento, Taranto:] Urbs vetustissima, olim celeberrima, et Graeciae Magnae Metropolis, cum postea in historia multum celebrato; atque Sedes Archiepiscopi, necnon Principatus titulo fruitur. Sitae est supra terram linguam ad tria latera mari circumdatam in extrema parte Sinus, qui ab ipsa Tarentinus dicitur; 21. miliaris versus Orientem ab Uria, sub gr. long. 35. lat. 40. m. 45.

Illius meminerunt omnes veteres Historici et Geographi. Quantum ad illius originem varia sunt Scriptorum opiniones. Quidam volunt eam à Crotonibus fundatam fuisse, qui à Sicilia post mortem Taranti illorum Ducis huc venerunt, civitatem fuisse, ac illius nomine Tarentum dixisse. Florus censet Lacedaemonios illam condidisse; at alii contendunt, ab Iphis an. M. 3304. occupatam et ampliatam dicitur fuisse. Solinus asserit ab Heraculidibus Herulis postea edificatam fuisse. Senius vult eam à Tara Neptunio filio exaltatam fuisse, ac postmodum à Phalanto et Barthemio ampliatam fuisse. Alii scribunt ipsam nomen habere à nucibus et conis pineis, qui huc sunt in abundantia, et quos Sabini Tarentum vocant. Denique quidam illius nomen derivant à Tara fluvio, qui quinque ab ea miliaribus fluit.

Civitas haec à suis divitiis et potentia olim fuit celeberrima. Ipsius regimen Democraticum erat. Numerosam classem habuit, qua in re omnes vicinos populos superabat. Exercitus ipsius in continente erat 30000. pedum et 3000. equitum.

Pythagoras Philosophus in ea longo tempore demoratus est, ac in magna existimatione fuit, ut et Archytas, qui in ea natus est, eique diu praefuit. Illius cum laude meminerunt Horatius lib. i. Od. 28. et S. Hieronymus Ep. ad Paulinum. ubi ait Platonem Tarentum venisse ut illum videret.

Postquam hinc duobus Philosophis, qui eidem virtutis amorem instillarant, orbata fuit, timoribus, lascivia, ebrietas, aliisque sensuum oblectamenta Tarentinorum unica fuerunt occupatio, illorumque in perpetuis corporis delitiis vitam agendi consuetudo effecit, ut apud Veteres Tarentinae voluptates in adagium transierint. Moresisti à prioribus ita diversi illos reddiderunt effeminatos, eorumque Respublica sensim à florente statu suo decidit, et tandem ad extrema redacta est, et quae prius variis populis belliducere dare consueverat, coacta fuit ab exteris viros petere, qui suo exercitui praesent, ac primum elegit Archidamum Agesilai filium, postea

Alexandrum Regem Molossorum, tum Cleonymum et Agathoclem, et denique, ubi advenit Romanos ipsi bellum fuit Byrrhem Epirotarum Regem. Hic primum Romanos devicit, at postmodum bis ab ipsis proelio fesus, Italiam deserere coactus est, eoque sic fugato Tarentum Romanis cepit. Deinde Hannibal Carthaginensium Bellidux facta in Italiam irruptione, urbem hanc occupavit; vel, ut Silius Italicus Lib. 2. refert, illam, postquam siliet Romanos ad Cannas devicisset, in has partes traxit; brevi post tamen de novo in Romanorum potestatem venit, atque ab illis solo aequata fuisse dicitur ab aliquibus. At hanc memoria proditum est, quando vel a quo id factum sit, et quo modo, prout nunc extat, reaedificata fuerit; quidam arbitrantur a Calabria et aliis quibusdam populis, ea aetate, qua Totila Gothorum Rex Romanam expulabat, a sedibus suis pulsis de novo conditam fuisse. Insuper quid ea de re sit, nec tamen jam tunc ad pristinam amplitudinem suam perducta est, quippe quae proxime ad portum, et ubi ad tria latera mari cingitur, restaurata dicitur fuisse, ac postmodum muros et fossa ad portum continentis munita fuit. Fugitur hodie hanc civitatem respectu veteris admodum angusta est, quippe cuius extremam tantum partem complectitur. Longitudo eius latitudinem superat. Praes ejus plerumque sunt humiles et parvae, eoque potiori parte a piscatoribus habitatur. In illius extremitate versus continentem extat Arx munita et mari cincta, quam Ferdinandus Aragonius I. Neapolis Rex refici curavit.

Inclinato jam in Italia Romano Imperio Tarentini Imperatoribus Constantinopolitanis parcerunt donec Saraceni Italiam invadentes magnam illius partem occupaverunt, nempe Lucaniam, Calabriam, Apuliam, partem Campaniae seu Latii, regionem Salentinorum, et Bruttiorum, ac denique Sinum Tarentinum. Postquam autem ex Italia pulsi fuerunt, Tarentum sub potestatem venit Principum et Regum Neapolitanorum, qui illius tractum Principatus titulo decoraverunt. Anno 1194. Henricus VI. Imperator urbem hanc Guibaldino Tarentini

Principis Tarenti filio reliquit, quem castrari curavit,  
 ne scilicet filios generare posset. Multi postmo-  
 dum privati nomen ab ea ceperunt, inter quos ali-  
 quot de familia Ursinorum (Ursini) numerantur:  
 primus eorum fuit Joannes Antonius, qui illam à  
 Joanne Marchia (De la March) Comite Tarenti  
 Principe et Joanne II. Reginae marito, ipsa con-  
 sentiente, emit. Ultimus ex Ursinorum familia  
 Tarenti Princeps fuit Joannes eximia virtutis vir,  
 Gabriel Dues de Tremouille (De la Tremouille)  
 modo titulum Principum Tarentinorum adhuc  
 gestant.

In hac urbe multa adhuc occurrunt illius anti-  
 qua magnitudinis vestigia, ut quaedam reli-  
 quia veteris Amphitheatri, aliquot publicorum  
 aedificiorum, et celeberrimus quondam portus ostium,  
 quod modo magnis lapidibus obturatum est ita,  
 ut non nisi exiguas naves seu scaphas recipere va-  
 leat. Supra lapides istos arcus cauitati fuerunt,  
 per quos maris undae in ipsius ostium, seu, ut ajunt,  
 flexu et reflexu in- et affluunt, quo fit, ut  
 quamplurimi pisces huc adducantur, quorum  
 tanta capitur copia, ut de iis Calabria, Apulia,  
 Basilicata, et aliarum regionum incolis abun-  
 de prospici possit. Vulgus locum, in quo ve-  
 tus portus fuit parvum mare vocat, ambitus  
 ejus est 30. miliarium, longitudo 8. et latitu-  
 do duorum.

Illius Archiepiscopatus admodum vetus est,  
 cujus fundationis annus equidem definiti non  
 potest, certum tamen est illum jam an. 978. ste-  
 tisse. Sufficientia etiam hinc inde supersunt do-  
 cumenta, quibus manifestum fit, jam primis Ec-  
 clesiae temporibus, scilicet ab an. 49. hic Episcopos  
 fuisse. Ecclesia Metropolitana honoribus S. Ca-  
 taldi primi illius Episcopi, ~~consecrata~~ cujus ossa in  
 ea asserantur, consecrata à Dragone Episcopo,  
 quod vetus ruinam minaretur, prout modo extat,  
 condita fuit. Ex utraque parte 16. columnae mar-  
 morea illam sustinent, magnificè ornata est,  
 et multis reliquiis superbit, quam 12. Canonici  
 administrant, inter quos sunt Primicerius seu Bri-  
 or, Cantor, et Thesaurarius, unum multis ali-  
 is Brasbyteris et Ecclesiasticis. Praeter illam

nulla occurrit Barochialis Ecclesia. Adhuc etiam  
plura utriusque Sexus Monasteria, Nosocomium,  
Mons pietatis, et Seminarium Clericorum. Incola-  
rum numerus 18000. aestimatur. Diocesis non  
admodum ampla est, ac in quibusdam illius urbibus  
officium Divinum Latine in alijs Graecè celebratur.

Prope urbem occurrit parva Ecclesia, quae ab Apos-  
tolo S. Petro sub terram aedificata fuisse dicitur, quae,  
proptè vulgo affirmatur, hic facta casensione pedes  
Romam profectus est. Ecclesia haec magna est apud  
Incolas veneratione.

Anno 1734. urbs haec Hispanis se dedit. ab ipso  
nomen habent Tarentula aranearum species, quae  
in illius plaga occurrunt, et de quibus alibi jam locuti  
sumus. Ajunt araneas has huc in punitorem Inco-  
larum adductas fuisse, eoquod, cum ~~habet~~ hanc semel  
Saltationi indulgerent, ac Sacrum Viatum proter-  
ferretur, ab ea Desistere voluerint.

Solum Tarentinum pingue est et fructiferum, quod  
omnia ad vitam necessaria profert. Plinius capas,  
ficus, nuxes et Castaneas, praesertim autem Sal Taren-  
tinum laudat.

13<sup>o</sup> Mutula, seu Metula | Motola, Motola et Motu-  
la | Urbs exigua, quippe quae vix ultra 150. con-  
tinet Incolas. Sita est 6. milliariis versis Eorum  
à Castania. Ante annum 1023. celebrissima fuis-  
se dicitur et populosa. Postmodum Mutula vocata  
fuit, quod à priori sua magnitudine omnino defe-  
cisset. Est Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Taren-  
tino, ac eodam cum ipso tempore, scilicet  
circa medium Saeculum XI. fundata. Praeter  
Ecclesiam Cathedralam, quae S. Thoma Cantua-  
riensis dicitur, nulla hic extat Ecclesia vel Mo-  
nasterium.

14<sup>o</sup> Masafra | Masafra | Urbs exigua sed mu-  
nita, Sedesque Episcopi sub Archiepiscopo Taren-  
tino. Sita est inter montem Apenninum et Si-  
num Tarentinum, versis Satyrigenem rivum, qui  
in hunc Sinum influit. Quidam arbitrantur esse  
Veterum Messapiam.

15<sup>o</sup> Castania | Castellaneta seu Castellanata |  
urbs parva et Episcopalis sub Archiepiscopo Taren-  
tino. Sita est Metapolam inter et Tarentum 18.  
ab utraque hac urbe milliariis. Titulo Princi-  
patus gaudet. Anno 1080. à Roberto Guis-  
obseffa fuit et occupata, et forte eodem tempore  
in ea Sedes Episcopalis erecta fuit.

160. *Mateola, seu Mateola [Matera:]* Urbs amplif-  
sima et jucunda, necnon Episcopalis, cujus tamen  
Episcopatus in perpetuum junctus est Archiepis-  
patusi Arheruntiano. Sita est inter duas vallas in  
confiniis Terrae Basilicatae 30. millia-  
ris versus occidentem à Taranto, et 25. versus Austrum  
à Bari.

Iuxta quorundam opinionem con-  
dita fuit ab duobus *Metaponti* et *Heraclea* post ha-  
rum binarum urbium devastationem scilicet. alii  
verò Romanum Consulam Q. Metellum illius  
fundatorem constitunt, et hodiernum adhuc in-  
ter Urbis moenia cernitur turris vetustissima,  
qua *Mateclana* vocatur. Verum de illius ori-  
gine nihil certi dici potest, eoquod apud nullum  
probatum Scriptorem haec de re quidquam legatur.

Primum Aborigine Latii *populi* seu Campaniae  
populi, et, ut quidam volunt, origine Scythica, huic  
urbis Dominati sunt, et post ipsos Romani, Graeci,  
Longobardi et Saraceni, qui ultimi à Graecis demò  
pulsi fuere. An. 1069. sub Normannorum potes-  
tate fuit, et an. 1133. Rogerius Rex illam occupavit,  
ac postmodum varios habuit Dominos. Incendia et  
bellis haud semel devastata fuit. Imperator Lud-  
vicus II. an. 866. illam Saracenis eripuit, quod Leo  
Ostiensis lib. 1. c. 35. testatur: et an. 987. Graeci illam  
demò obtinuerunt, quibus Saraceni an. 996. post  
quatuor mensium obsidionem eandem eriperunt,  
et penitus exiderunt; ubi tanta avaritia coartata  
fuit, ut praefame mater prolem suam comederit. Mo-  
do florat vel maxime, habetque opulentos et spec-  
tabiles incolas; multosque sanctos et celebres viros  
protulit. 3000. civiter foros numerat.

Prater Eclesiam Cathedralam, *Mateola* qua  
magnifica est, et in qua sunt 24. Canonici pra-  
ter Decanum, Archi-episcopum, et Cantorem  
aliosque plures Eclesiasticos, *Mateola* adhuc alias  
venustas complectitur Eclesias, item varia Ora-  
toria, et Monasteria ut Benedictinorum, Domi-  
nicianorum Augustinianorum, Franciscanorum,  
Capucinorum, &c. Olim adfuerunt etiam tria  
Monialium Coenobia, nempe S. Mariae de Arme-  
nis, S. Mariae de Picciis, et S. Salvatoris de  
Terribono: modo autem coenobium Benediti-  
norum SS. Lucia et Agatha, ut et Annuntia-

tarum, aliisque Conventus et Societates.

148.

## Sectio IV.

## De Calabria.

Calabria quarta ex principalibus Regni Neapolitani, et ultima totius peninsulae Italiae provincia, australem illius partem occupat, et titulo Ducatus fuitur. Apud Veteres, aequae ac recentiores Scriptores non una eadem est. Veteres circa illius ambitum inter se non conveniunt. Ipsi et Veteres ~~ambitum~~ ~~ambitum~~ inter se discrepant.

1<sup>o</sup> Calabria propria sic dicta, apud quosdam Veteres regis est in Graecia Magna supra peninsulam, quam nunc provinciam seu Terram Hydruntinam vocamus. Strabo Lib. 6. p. 277. ait regionem hanc alios Japygiam, et à Graecis Messapiam dictam, incolas habuisse, qui diversis nominibus à se invicem distincti fuerunt. Salentini vocati fuerunt illi, qui circum Promontorium Japygium, modo Promontorium S. Mariae de Leuca, habitabant; alii Calabri nuncupabantur, et paulo supra ipsos versus Septentrionem Beneventos collocat. Nihil certi circa limites populorum, qui Salentini et Calabri dicebantur, nobis Veteres reliquerunt.

2<sup>o</sup> Calabria seu Messapia. ubi populi Calabri, sive sua animositate, sive oblitum suum, quo magis notaverant, se se protulerunt, tunc Calabria nomen tota peninsula, quae inter Mare et imaginariam quandam lineam à Taranto Brundisium usque ductam includebatur. Strabo. Lib. 6. p. 272. ait à multis vocari communiter Messapiam Japygiam, Calabriam et Salentinam. Alii huius discrimen statuerunt, quod jam supra adnotavimus. Nomen Japygia habuit à quodam Chiliarcho, qui Messapius dictus fuit, à quo Graeci regionem hanc ita vocaverunt; Verum sub nomine Messapia illam protulerunt supra id, quod Latini Calabriam vocabant. Nomen Japygia juxta Plinium Lib. 3. c. 10. à Japyge fluvio, qui tota regioni usque ad extremitatem Japygiae Promontorii in extremo australi peninsulae terminis huius, nomen dedit.

Messapia peninsula figuram exhibet, quae longo coelo à Brundisio Tarantum usque protensa clauditur. Id fidem facere videtur, Graecos discrimen posuisse inter Messapiam propriam inter et Messapiam longius protensam.

3<sup>o</sup> Calabria in ampliori sensu sumpta, non

Solum Calabriam sed et Apuliam complectitur; tota-  
 que hae regio universaliter Messapia vocabatur. Urbs  
 ipsa, qua regioni nomen deditur videtur, et quam  
 Plinius lib. 3. c. ii. Messapiam vocat, in Apulia ja-  
 cebat: hodieum est Mesagna oppidum inter Brun-  
 dusium et Uviam Tarentum versus, quod ab aliqui-  
 bus Scriptoribus Messana Apulia nuncupatur. Hoc  
 sensu Virgilius Æneid. lib. ii. v. 746. sub Japygia  
 nomine Calabriam usque ad montem Garganum  
 possidens dicitur, cum ait:

Ille urbem Argyripam patria cognomine gentis  
Victor Gargani condabat Japygis Agris.

Sub hoc Japygio Gargano proculdubio intelligit  
 partem illam Gargani montis, qua in Apulia Dau-  
 dianam posita erat. Plinius cit. lib. 3. c. ii.  
 ait, Calabriam à Graecis ex nomine cuiusdam Messa-  
 pii vocatam fuisse Messapiam; addit illam prius  
Beneventiam dictam fuisse à Beneventio Senotii fra-  
 tre. Compertum habetur, Beneventiam et Dauniam  
 veterum Apuliam constituisse. Verum confusionem  
 quamdam parere videtur, quod Plinius Calabriam  
 à Graecis Messapiam, et prius Beneventiam dictam  
 in Agro Salentinorum collocet; Ager hie in isto  
 sensu multo longius protendebatur, quam anti-  
 quus Salentinorum populus, qui nominis partem  
 aliquam Calabrie possidebat, qua ab Apulia dis-  
 tinguebatur, ac Beneventiam complectebatur.

Hodieum Calabria bifariam dividitur scilicet in  
 Citeriorem, et Ultiorem; Scriptores ei adjuungunt  
Basilicatam seu Provinciam Acherontinam, ut qua  
 etiam ad illam pertineat. Haec tres provinciae si-  
 mul sumta à potiori parte, quae ad austrum versus di-  
 cta sunt Sitacum, à qua angusto freta separantur. Sinus Taren-  
 tinus, Mare Ionium ipsius ad Orientem et Austrum;  
~~Thessalicum versus ad Orientem~~ Basilicis prope Basilicatam  
 vero Principatus Citerior etiam est ad austrum; et  
 ad Septentrionem habent Capitanatam, Provinciam  
Barensem et Hydruntinam.

Quidam illarum tractus omnino steriles sunt, à  
 contra alii solum habent ultra modum fertile, uni-  
 versim autem res pecuariae ibidem est optima; nul-  
 tum olei, mellis, Combyis et Mannae profert; Sal  
 quoque elixatur, et calybs effoditur.

Hae provinciae primitus sub Romanorum potestate fuerunt, postmodum Imperatoribus Constantinopolitanis paraverunt, donec Saraceni an. 824. illas occupaverunt; nec grauis tantum virum fuit, ut illos egerent; unde Otto I. Imperator Germaniae hanc Orientis Imperatori Nicephoro II. obtulit conditionem, ut scilicet filiam suam filio suo Ottoni collocaret ei que in dotem quidquid Graeci in Italia possiderent. et adhuc possiderent, tribueret, quod postquam difficultates etiam factum est. Nec tamen sive ipse sive Successores sui Saracenos exterminare valuerunt, donec tandem celebris Normannus Robertus Guichardus illos saeculo XI. penitus expulit. hic postea anno scilicet 1059. Dux Apuliae et Calabriae factus est, atque obiit an. 1085. Gratianus <sup>7</sup>seculo genitus, qui in Sicilia subrexit. Ipsius filius Robertus Calabriam obtinuit, quam Wilhelmus reliquit et hic consanguineus suo Rogerio II. qui Rex Neapolis et Sicilia, ac propter fortitudinem suam et bello pariter celebris fuit. vitam ponit an. 1152. postquam Apuliam, Calabriam, Siciliam et partem Africae sibi subiecit, prout palam fuit versus cuius sus insculptus <sup>7</sup>sequens Apulus et Calaber, Siculus mihi servit et Rex. Ab eo tempore Calabria facta est pars Regni Neapolitani, et filii huius Regni Monarcharum communiter Duxes Calabriae vocati fuerunt. Modò singillatim idius provincias expendimus.

149.

§. I.

## De Basilicata.

Basilicata seu Provincia Acherontina, sita est potissimum es loco, ubi vetus Lucania fuit, et valde montosa est, profert tamen frumentum, vinum, oleum, crocum, gossypium, mel, et ceram in abundantia. Interdum in litore reperuntur margaritae, sed nec magna nec albae sunt. Regio haec confinis est versus Septentrionem Capitanata; versus Austrom Calabriae Citeriori; versus Orientem provinciis Barensi et Hydruntina, nempe Sinu Tarentino; et versus Occidentem Principatibus Ulteriori et Citeriori. a Septentrione ad Meridiem ad 66. miliaria porrigitur, et ab Oriente ad Occidentem circiter ad 150. Notari hic merentur

1<sup>o</sup> Acherontia seu Acheruntia | Cirenza seu Acerenza, totius Basilicatae Metropolis, cui nomen

Latinum tribuit: apud Italos etiam internum Provincia di Civentza vocatur. Sita est ad Brandanum flumen sub monte Apennino 40. iuxta miliaris ad orientem à Comisa, et 60. ad Africum à Bari. Illius sub Acherontia et Acherontis nomine meminerunt Horatius Od. 3. 4. usq. 14. et Procopius de Bello Goth. lib. 3. c. 23. Paulus Diaconus Longobard. 2. 21. illam Agerentiam, et illius incolas Acherontinos vocat. Antehac celeberrima fuit, at modo longè deterior est illius conditio, nec enim amplius magna est, nec multos habet incolas. Ea ex aliquantulum adhuc celebris videtur, quòd jam à saeculo IV. Sedem habuerit Episcopalem, quae saeculo XI. Archiepiscopalis facta est; cui Innocentius Papa III. qui ab an. 1199. usque ad an. 1216. rebus Ecclesiae praesuit, Materolum Episcopatum junxit. Urbs haec titulum gerit Ducatus et ad Caraciorum familiam pertinet.

2<sup>o</sup> Murium seu Murus |: Muro: | urbs exigua et Episcopalis sub Metropoli Comisana, cum titulo Comitatus ad Duem de Gravina familia Ursinorum pertinentis. Sita est ad pedem montis Apennini in confinis Principatus Citerioris 5. miliaris ad Euroantum à Comisa, et 9. ad Africum ab Acherontia. Praeter Ecclesiam Cathedrali honoribus B. V. Mariae dicatam, quam Archidiaconus, Archipresbyter, Cantor, Thesaurarius et Primicerius unacum octo Canonicis administrant ac Sana peragunt, numerantur in ea 4. Parochiales Ecclesiae, Seminarium, duorum virorum et unum virginum ad S. Caram dictum Monasteria, et Nosocomium. Illius Dioecesis ultra 16. miliaria porrigitur.

3<sup>o</sup> Rapellum seu Rapella |: Rapallo, Rapella: | urbs quae titulum gerit Episcopatus sub Archiepiscopo Acherontino, et Ducatus. Sita est ad montem quemdam versus Septentrionem à Monte Apennino in confinis Capitanata et Principatus ulterioris iuxta 3. miliaris versus austrum à Melfia et 5. versus Occidentem à Venusia. Episcopatus hic inter recentiores unus ex antiquissimis est, et alia Summa Sedi immediate subiectus fuit; sed postea Melfia junctus fuit, et Sipontino seu Manfredoniano Archiepiscopo subiectus.

4<sup>o</sup>. Melphica seu Melfi | Melfi seu Melphi: |  
 Urbs angusta et populosa sita ad eundem nominis ri-  
 rum in confinis Capitanatice et Principatus ultionis,  
 4. miliaris versus Septentrionem à Rapello et 19. ad Ori-  
 entem à Compa.

4 repetunt

Quidam illius originem ad veteri Melpha; alii illi-  
 us conditores Graecos constitunt; alii denique volunt  
 à Romanis sub Constantino Magno edificatam  
 fuisse, adeo ut non Normanni prima illius funda-  
 menta iecerint, quod aliqui perpendunt, sed refe-  
 cerint intant et populosiorum reddiderint. Titu-  
 lo Principatus gaudet, cum prius nominis Comitatus  
 esset sub Joanna T. Regina an. 1348. institutus.

In ea ultra 2000. adium numerantur. Anno  
 1694. terrae motu penè devastata fuit, unacum  
 Castro in praepto saxo à Normannis excitate.

Est Sedes Episcopatus sub Acherontinis Archie-  
 piscopatu, cui an. 1528. iunctus fuit Episcopa-  
 tus Rapellensis. An. 1091. Papa Urbanus II.

in hac urbe Concilium celebravit, in quo actum  
 est de reformatione Cleri, cuius adhuc 19. Canones  
 supersunt. Praeter Ecclesiam Cathedralen, in  
 qua 18. Canonici, 38. Presbyteri, 18. Diaconi, 15. Sub-  
 Diaconi, et 60. Clerici sunt, 6. hic numerantur  
 Ecclesiae parochiales, 5. virorum et 1. Virginum  
 Monasterium, 5. laicae Confraternitates, Novici-  
 um, et Seminarium.

5<sup>o</sup>. Lavellum seu Lavella, et Labellum | Lavello: |  
 Urbs satis populosa. Sita tribus miliaribus ab Aufido | i. e. |  
 flumine in confinis Capitanatice Melphiam inter et  
 Minervinum\*, 12. miliaribus à Canusio. Est Sedes Episcopi

\* Minervinum seu  
 Minervium et Non-  
 Ossium | Minervi-  
 no seu Minostino,  
 antiquitatis vestigia in ea occurrunt.

item Nonossino et  
 Monarino: | Urbs  
 est angusta sita  
 in Barenis provin-  
 cia plaga occiden-  
 tali supra iun-  
 dum et saxosum  
 collem versus con-  
 finia Basilicatae  
 Acherontiam inter et  
 Andriam. à vete-

sub Archiepiscopo Barenis. Titulum gerit Duatris sub  
 iurisdictione familiae Avellinorum. Quaedam etiam  
 antiquitatis vestigia in ea occurrunt.

6<sup>o</sup>. Venninum seu Vennia | Venosa: | Urbs Episcopalis  
 cum titulo Principatus sita in Oleorum nemore ad radices  
 montis Aremunt 15. miliaribus ad Ap. Canum ab Acheron-  
 tia. Nomen habere dicitur à Venere, quo hic ce-  
 lebre Templum habuit. Ptolomaeus lib. 3. c. 1. illam  
 Faventinis, et Plinius lib. 3. c. 11. Daunias adscribit.

Hic ultimus Colonia titulum ei tribuit. Loco Venu-  
 sia quaedam MSS. Itenerarii Antonini habent Venu-  
 sium, alia Venuitium, Venusis, Venusto, seu Venu-



10<sup>o</sup>. Mons Belusius seu Mons Biloms | Monte Caloso seu Monte Belusio: | Urbs Episcopalis Sedes Episcopi, cuius iurisdictio ultra urbem non extenditur. Sita est in confinis provincia Barenensis 9. circiter milliariis versus Occidentem à Gravina. Titulum gerit Principatus et ad Genuensem Grimaldosum familiam pertinet. Ultra 5000. Incolarum complectitur. Praeter Eulensiam Cathedralen, 4. adhuc in ea sunt parochiales Ecclesiae, 3. Virorum et unum Monialium Conobia, 2. Confraternitates Laicae, et Novocomium. Idem Episcopus una cum ipsa sumit initium, prout ex variis Conciliis manifestum est. Olim sub Archiepiscopatu Anthoniano erat, at Calixtus Papa II. qui ab an. 1119. usque ad an. 1124. Eulensia rebus praefuit, idem Summae Sedi immediate subiecit.

11<sup>o</sup>. Tricaricum seu Tricario | Tricario: | Urbs Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Materlano ad Conventum | Convento seu Baricento: | fluvium posita 10. milliariis versus Africum à Monte Belusio. Praeter Eulensiam Cathedralen in ea numerantur adhuc 15. Parochiales, 3. Virorum et 1. Virginum Monasteria et aliquot Confraternitates Laicae. Incolarum numerus ultra 4000. porrigitur. Diocesis ultra 30. milliaria porrigitur, atque 24. urbes sub se continet.

150.

§. II.

## De Calabria Citeriore.

Calabria Citerior | Calabria Citra: | alias etiam Calabria Superior, item à sua Metropoli Provincia Consentiana dicta, limites habet ad Septentrionem Basilicatanam; ad Austrum Calabriam Ulteriorem; ad Occidentem Mare Neapolitanum; et ad Orientem Ionium. Ab Oriente ad Occidentem eius maxima longitudo est 65. circiter milliariis, ab austro autem ad aquilonem 60. Notari merentur hic

1<sup>o</sup>. Consentia seu Cosentia | Consenza: | Metropolis provinciae, olim Caput Brutiorum, una cum praecipuis totius Regni Neapolitani Civitatibus. Sita est in secunda planitie sub monte Apennino ad Crathem | Crati: | fluvium 12. milliariis versus Orientem à Mari Thureo; et 30. versus austrum à Rosciano. ambitu haec septem colles continet, eique impendit Arx munita. Est Sedes Archiepiscopi; quando autem constructa esset et à quo erecta fuerit, non constat, id evenire debuit circa medium saeculum

XI. quia Petrus illius Archiepiscopus an. 1096. ibidem obiit.

Proter Euleciam Cathedralē in urbe nuda existit  
Eulecia Parochialis; at in Suburbis, quae tria numeran-  
tur, totidem sunt Parochiales Euleciae. Isabella  
Aragonensis Francia Regina conjux Philippi Audaci in  
ea vitam posuit an. 1270. Ibidem atiam mortuus est  
Alarius Visigothorum Rex. Sapius terra motibus  
afflicta fuit, praecipue autem an. 1638. In suo territorio  
complectitur centum Baroarias seu Oppida, quae in  
viginti duos Districtus seu Castellanos distributa sunt.  
Ceterum celebris est ob suas mundinas. Non procul ab  
ea occurrit Sylva, ex <sup>qua</sup> optima venit Terebynthus.

2<sup>o</sup> Beridiam, Beridianum, Bisidianum, et Bisinia-  
num | Bisignano: | Urbs Episcopi Sedes, sub Archiepisco-  
po Rosicancensi, velut alii volunt, Summa Sedi im-  
mediate Subjecti. Titulo etiam fruitur Principatus  
sub familia San-Severinorum. Sita est supra col-  
lem ad Cotilam fluvium, qui non procul ab ea in Cara-  
them | Grati: | influit, sex miliaris versus Septentrio-  
nem. Castro probe munito protegitur; verum undique  
montibus cingitur. Quidam illam Desidiam nun-  
cipant. Est Beridia Livii.

3<sup>o</sup> Caspianum seu Casorum | Casano: | Urbs Sedes Epis-  
copi provincia Consentiana sed Summa Sedi imme-  
diatē Subjecti, Sita est prope Banum | Bano: | flu-  
men 2. miliaris à Sinu Tarentino versus Agrinimum,  
à quo non multum distat 20. ad Casorum à Rosicans.  
angusta est, titulum gerit Principatus.

4<sup>o</sup> Rosicanum, Rosianum | Rosano, Rosano: | Civi-  
tas magna et populosa, unum Archiepiscopatu, et titu-  
lo Principatus ad Principem Borghesianum | Borghese: | Spe-  
tantis. Sita est ad litus rivus, qui in Calanum | Calano: |  
flumen incidit, 2. vel 3. miliaris à Sinu Veneto, et  
loco satis munito, ut quae montibus cingatur. For-  
te urbs illa est, aius Procopius in sua historia de bello  
contra gothos lib. 3. c. 30. meminit, atque Rupianum  
vocat, à Totila Gothorum Rege quam Totila Gotho-  
rum Rex occupavit, ac cives bonis suis omnibus spolia-  
vit. In ea Bonna Polonia Regina Joannis Ga-  
leatii Sforcia filia olim Sedem suam fixit.

In Notitiis Graecis Sauli VIII. legitur, quod Urbs haec  
Episcopatus fuit sub urbe Regio Julia | Reggio: | qui  
postea Thurium\* translatus est, ac tandem anno 1193.  
Sedio huc reductus est ac in Archiepiscopatum erectus;  
Una est illarum Italia Urbium, quae ritum Graecum  
aboleverunt. Proter Euleciam Cathedralē,

\* Thurium, Thuria,  
Thuria, Turis. olim  
apud veteres celebris  
9. miliaris versus  
Austorum à Conves-

Sano, quae olim multae sunt huiusmodi adhuc 14. Parochiales Ecclesiae, 7. Virorum et 2. Vir-  
tos celebres viros ac gimum Monasteria, totidem Nosocomia, Seminarium,  
Pythagorici Philoso. et Mons pietatis. Rosianum est patria Joannis XVII,  
phos protulit, inter seu potius XVI. Antipapa factione Casentii Tyranni,  
quos fuisse Evodotius qui Roma dominabatur, adversus Gregorium Papam V.  
historicus et Philo- intrusi, quem anno 998. Otto III. Imperator prae-  
sophus; Caphalus Rhe- nibus et auribus necnon oculis effosis univ. pata Sede de-  
tor; Patrocles boeta; jeit.

Theana Philosophia; 5.º Carianum [Cariati:] Urbs Sedes Episcopalis cui Ca-  
Hippodamus et Ciro- ventiano juncta fuit sub Metropoli Sancta Severina,  
maus ambo Philo- cum titulo Principatus, quam Spinellorum familia ges-  
sophi. Herodotus tat. Sita est 9. miliaris versus Septentrionem ab  
etiam huius sepultus Umbratico. Ultra centum aedes haud continet, pau-  
est, ut et Octavius cosque numerat Incolas, quod Turcarum inruptionibus  
Augustus, et Theles- sit obnoxia. Saulo XI. Unfradus Calabriae et  
phorus Papa, qui Apuliae Dux illam occupavit. Proprie loquendo  
ab anno Christi 140. vixit huius nominis urbes, nempe Carianum  
usque ad an. 152. ve- novum [Cariati nova:] in littore maris positum,  
bis Ecclesiae profuit. et Carianum vetus [Cariati Vechia:] Inobis penes  
miliaris a priori versus Africum distans, urbs haec  
altera paulo spectabilior est.

6.º Umbraticum [Umbratico:] Urbs ad Lipudam  
fluvium supra praeruptum et in rivum laxum posita  
21. miliaris ad Caesarem a S. Severina, Sedes Episcopi  
sub Archiepiscopo San-Severiano. Exigua est, nec  
ultra 600. incolas continet. Praeter Ecclesiam Ca-  
thedralem honoribus S. Donati dicatam, in qua multa  
sua reliquia aservantur, ut SS. Gregorii Papae, Lau-  
rentii, Donati, Stephani et Petronilla, unam  
quibusdam particulis de vestibus Christi Jesu et B. Ma-  
riae illius genitricis, nulla adest Ecclesia Parochia-  
lis, sed unum duntaxat Monialium Conventum. In  
ejus solo colligitur Mauma, Gofrynum, Terabythus,  
alabastorum, et caetera hujusmodi. Ajunt urbem  
hanc olim Boustaciam, Boustiacam, seu Prysta-  
riam vocatam fuisse, cujus meminit Stephanus Geo-  
graphus.

7.º Strongylum [Strongoli:] Urbs exigua in cael-  
lo monte inter rupes posita 3. miliaris a littore Jo-  
nii Maris 8. vel 9. ad Luro-Aquilonem a Sancta Seve-  
rina. Est Sedes Episcopalis sub Archiepiscopatu San-  
Severiniano. Titulum gerit Principatus sub fami-  
lia Bignatellorum. Illius Episcopatus est anti-  
quissimus, et Ecclesiam Cathedralam administrant 15.  
Canonici, et 20. alii Ecclesiastici. Quidam arbitran-  
tur urbem hanc antiquitus Macalum vocatam fuisse.

8<sup>o</sup> Carentia, item Akheruntia, seu Akherontas (Carentia) Urbs in praerupta rupe posita 4. milliariis à finibus Calabriae ultioris; 12. ad Septentrionem à Sancta Severina, et 6. ad Occidentem ab Ugentis. fuit Sedes Episcopalis, quae postmodum Carianensi junta fuit. Modò pago Similior est, quam urbs.

9<sup>o</sup> Monopolis (San-Marco) Urbs exigua et paucorum incolarum ad Sinitum fluvium non procul ab Apyrenis monte posita 10. milliariis à littore Maris Neapolitani versus Bisinianum à quo 7. milliariis distat. Est Sedes Episcopalis à jurisdictione sua Metropolis Consentianae libera, et Summa Sedi immediate subiecta. Quidam huc Argentanum Barchinonense collocant, quod alii ad Argentinam Oppidum longius versus austrum statuunt. Urbs hanc titulum gerit Marchionatus sub familia Carinidiana (Carriglin): Illius Episcopatus amplius est, ac in eo 22. Urbes numerantur. Ecclesia Cathedralis S. Nicolae dicata pulcherrima est, ut quae à Normannis, qui hunc Sinitem tanquam patronum suum venerantur, edificata fuerit. adiuget etiam hic Duo Virorum et unum Monialium ad S. Caram dictum Cenobia, et Seminarium. In Ecclesia Cathedrali quiescunt corpora SS. Senatoris, Viatoris, Cassiodori, et Romanalis.

10<sup>o</sup> Mastoranum, Mamertium, ~~Mastoranum~~ a paucis antiquos Mamertum (Mastorano) Urbs Episcopalis in confinis Calabriae Ultioris, ad rivum, qui Sabato (Savito) immergitur, sita 15. milliariis ad austrum à Consentia. Episcopatus illius antiquus est, sub Metropoli Consentiana, quamvis illius prima origo haud nota sit. Incola contendunt illorum Civitatem unam Consentia aliisque finitimis locis ab Apostolorum Discipulis fide Christiana imbuta fuisse.

Mamertini olim egregii bellatores habiti sunt, ac ut optimi Romanorum amici et fideles foederati, qui primi et soli sine Romanis Byrho obviam prodierunt, ipsique exercitum illorum exortu mediâ parte numerosiorum fuerunt, prout Olearchus in Vita Cyphi memorat. Modò urbs est exigua sub titulo Marchionatus, quem primogenitus princeps prosapia Aquinatensis (Aquino) gent. Olim in ea et ejus Suburbis usque 450. familiae numeratae fuerunt, at Jam post, postquam gravibus terrae motibus conquassata fuit, paucissime sunt in ea ads, et paucissimi incolae.

Ecclesia Cathedralis sub titulo B. V. Mariae antehuc in urbe sita erat, at unam ipsa urbe. terrae motu sub-

versa fuit, Cellerius Episcopus novam molitus est, in qua  
 20. Ecclesiasticis curam animarum exercent. In hac  
 urbe etiam fuerunt tria Monachorum Canobia, nempe  
 Minoritarum, Augustinianorum et Dominicanorum.  
 Dioecesis hujus Episcopatus ampla est et montosa; in ea  
 13. Parochiae numerantur, quas singulas duo Presbyteri  
 administrant. In festo Conceptionis B. V. Mariae om-  
 nes Clerici in Cathedrali Ecclesia coram Episcopo vel ejus  
 Vicario comparere tenentur, ac eadem die ibidem, juxta  
 antiquam consuetudinem Synodus celebratur.

II. *Amantia, Adamantia, seu Adamantium*  
 I. *Amantea seu Ananthea:* Urbs angusta et vetus, ut  
 pote ejus Cedrenus et Curopalates jam meminissent.  
 Sita est ad litus Maris Neapolitani prope Sinum  
 S. Euphemiae et ostium *Oliva* fluvii exigui 12. Mil-  
 liariis versus Africum à Mamertio.

In bellis Neapolitanis, qua Carolus VIII. et Ludovi-  
 cus XII. Franciae Reges gesserunt, à fide erga Ara-  
 goniam Domum nunquam defecit. Castro munito pro-  
 tegitur. Habet Episcopum Archiepiscopi San-Severi-  
 nensis Suffraganeum. Conmacinum prosertim Sac-  
 chari, quod ipi ipsius solo copiose crescit, exeret.

151.

## §. III.

## De Calabria Ulteriori.

Calabria Ulterior, alias etiam Calabria Inferior,  
 item à sua Metropoli Provincia *Cantabaria* I. *Ca-*  
*labria Oltra* p. I. Sita est inter Mare Neapolitanum  
 et Sinus Gaudii I. *di goja* I. et S. Euphemiae, qui ad Oc-  
 cidentem sunt; et versus Orientem inter Mare  
 Jonium, Sinum Hieracium I. *gierace* I. Squillacium  
 I. *Squillace* I. ad Meridiem habet Mare Sicilianum  
 et fretum Meffranum, quo à Sicilia separatur, et ad  
 Septentrionem Calabriam Citeriorem. Eius longitudo  
~~comparanda~~ est 120. milliariis, latitudo verò 40. circiter.  
 ab optimis, quos prohuit equis celebratur. In ea notantur

I. *Cantacium* seu *Cantabarium* I. *Cantabaro* I. Urbis am-  
 pla et populosa Caput provinciae Squillacium inter  
 et Bellinastum posita non procul a mari. Habet Epis-  
 copum, et in ea provincia gubernator residet. In  
 ea panni bombycini pulchri conficiuntur.

II. *Santa Severina* seu *Sansverinum* I. *Santa Sve-*  
*rina* I. Civitas angusta et parum populosa; Sita est  
 prope *Natum* I. *Neto* seu *Nactò* I. flumen supra ripam  
 praeruptam in confinis Calabriae Citerioris 10. milliariis  
 à litore Maris Jonii, 12. ad Septentrionem à *Cotrone*.  
 Pulchra est et bene munita, necnon Sedes Archiepiscopi  
 vetus etiam est, et jam à longo tempore sub eodem no-

mina nota, quinque quam Cedrenus et Curoquales ~~istam~~  
in greco *Αγία Σεβερύνα* vocent.

Proter Eclesiam Cathedralam in honorem S. Anastasiae Virginis et Martyris Deo consecratam, quam 24. Canonici administrant, ~~et~~ et in qua brachium illius Argentae thesauri inclusum aservatur, in hac urbe septem adhuc Parochiales Ecclesiae numerantur, duo Monasteria, et tres laicae Confraternitates. Quando Sedes haec ex Episcopali facta fuerit Archiepiscopalis ignoratur. Sub finem saeculi XVI. hic celebrata fuit Synodus, cujus Constitutiones sub titulo: *Synodus S. Severinae Roma an. 1597.* in quarto typis mandatae fuerunt.

3<sup>o</sup> *Asulum* seu *Asula* [i: *Jovla*:] Urbs Episcopalis sub Archiepiscopali *Sauveriniana*, et paucorum insularum, sita 4. miliaribus ab Orientali hujus provinciae littore et Castellano Maris Sinu [i: *Golfo di Castelli*:] et 18. versus Austrum à *Sauverino*. Muro cineta fuit, postquam bis à turis expulsa fuit. Multi quidem putant eam colos, ubi olim vetus *Asola*, *Asula* seu *Asulum* stetit, cum tamen *Plinius Lib. 3. c. 5.* testetur nullum amplius sua aetate *Asolanorum* remanere vestigium. Solum igitur illius nomen retinuit.

4<sup>o</sup> *Croton* seu *Cotrone* [i: *Cotona* et *Cotone*:] *Croton*, *Crotona*, *Croton* seu *Cotrone* [i: urbs antiqua et vetusta Episcopalis sub Metropoli *Reghiensi*, sita 6. miliaribus versus Austrum à *Sauverino*. Quidam autemant eam à *Diomede*, vel, juxta *Ovidium*, ab *Heracle*, vel etiam, prout *Dionysius* et *Strabo* memorent, à *Myceles* conditam fuisse, et quidem A. U. C. 46. qui *Septimus* fuit regiminis *Nunae Pompilii* Romanorum Regis. Celebratissima fuit propter luctatores suos, quorum septem una die victoriam retulerunt, adeo, ut inde commune adagium factum fuerit, *debilissimum inter Crotonienses fortissimum esse inter Graecos*. *Milo*, qui pariter ob fortitudinem suam famosus fuit, etiam urbem hanc celebrem reddidit. *Ischomachus*, *Tisicratas*, *Astolus*, et alii adhuc famigerati luctatores hic nati sunt, ut et *Dimocedes* celebris *Medicus*, quem *Polyerates*, *Rex Sami*, et *Darius Persarum Rex* in maximo habuerunt pretio. Similiter etiam *Prota Orpheus* et alii famosi viri ab hac urbe oriundi erant. Hi omnes istius urbis meminerunt, specialiter *Titus Livius Lib. 34. c. 3.* ait *Crotonam* ante adventum *Byzanti* in *Italiam* muro cinctam fuisse, cujus ambitus 12000 pedum fuit, at post factas hujus belli occasionem vastationes, vix media huius parte habi-

\* *Castellum* [i: *Castelli*:] *Pagus* prope *Asulum* ~~10000~~ unicum portu in littore *Jonii* maris situs est, et *Sinu* nomen tribuit. creditur esse *Plinii Lib. 3. c. 10.* *Castra Hannibalis*.

tatam fuisse. Arcem habet <sup>in rupe</sup> ~~in rupe~~ ex una parte  
versus Mare ex altera vero versus campum positam; ini-  
tio non nisi natura munita erat, sed postmodum mœ-  
nibus cincta fuit. Dionysius Sicilia Tyrannus, qui  
ex circumjacentibus rupibus compendium faciebat, eam  
circumventu occupavit. Crotonienses strenui erant et  
fortes, omnibusque nota est historia Milonis Croto-  
niatis, qui abusu sua maxima fortitudinis, quam im-  
pendit, et qua praeditus erat, sibi mortem admisit.

In hac urbe praeter Cathedralē Eclesiam s. nu-  
merantur Barochiales, duo Monasteria, unum Virorum,  
Monialium alterum, et Notocomium.

5<sup>o</sup> Bellicastrum | Belcastro seu Belicastro: | Urbs  
admodum exigua, et de die in diem deficiens. Sita est  
ad Naccarum | Naccaro: | fluvium, qui ab antiquis Cirus et  
Syras vocatus est, prope Sinum Squillacum 7. circi-  
ter miliaris versus Occidentem. Habet Episcopum sub  
Archiepiscopo Santhecriniano. Incola contendunt s. Tho-  
mam de Aquino in sua urbe natum fuisse. Commu-  
niter creditur esse Chonia Veterum, quamvis verisimi-  
lius sit, eam ex rudimentis Betilia ~~constitutas fuisse~~ cu-  
jus Strabo, Plinius, Ptolomaeus, et Pomponius Mela  
mentionem faciunt, existatam fuisse. Sunt tamen  
qui velint, Betiliam seu Beteliam vel etiam Beteliam  
eamdem esse ac hodiernum Altam Muram | Alta Mura: |  
provinciae Barientis urbem ad pedem Apennini Montis 6.  
miliaris versus Orientem à Gravina. ~~constitutas fuisse~~ Sicam.

6<sup>o</sup> Sancta Euphemia | Santa Euphemia: | Urbs in  
confinis Calabriae Citerioris sita 7. circiter miliaris ver-  
sus Austrum à Mamertio, unam portam, in littore Si-  
nis, cui nomen tribuit. An. 1658. terre motu media  
sua parte devastata fuit, ac modo parum notabilis est.

7<sup>o</sup> Nicastrum seu Neocastrum | Nicastro: | Urbs Sedes  
Episcopi sub Archiepiscopo Reghensi, alias Sicania dicta.  
Sita est sub Apennino Monte 7. miliaris circiter ad Lavo. Aquil-  
lonem à S. Euphemia. ~~Templum~~ Thermis et Amphis cele-  
bris est. Multi fontes et rivi ibidem numerantur, huiusque  
in ea plusquam 900. familiae, et 3000. incolarum. Solum  
habet frumenti et aliorum fructuum feracissimum,  
adunt quoque pinguis passua. Occurrunt etiam Limonum,  
citromalorum, malorum aurorum nemora, et praeter ole-  
um, vinum et mel plures alii fructus et plantae.

Illius Episcopatus est antiquissimus, et communis opi-  
nio est S. Stephani Reghii Episcopum et S. Pauli Pros-  
toli Discipulum hic Evangelium praedicasse, attamen  
illius illius Successorum nulla extat memoria usque ad

an. 1094. Vetus Cathedralis Ecclesia, qua S. Petro Apostolo dica-  
ta erat, unicum Domus Episcopali Draconis Calabria Du-  
cis filia nomine Sumburga an. 1100. extra urbem fun-  
davit, illiusque frater Richardus opipare dotavit. Illius  
consecratio facta fuisse dicitur an. 1123. in festo S. Petri et  
Pauli. Vel apprimè magnifica erat, at an. 1638. unicum  
urbis terra motu subversa fuit. Geronus Episcopus illum  
postmodum in mediam urbem transferri curavit, et  
unicum palatii Episcopali longe magnificentius extorui,  
quod opus an. 1652. perfectum fuit. In Ecclesia Cathedra-  
li sunt Decanus, Archidiaconus, Cantor, Thesaurar-  
ius, Supremus Capellanus, et benivolentiarum unicum 14.  
Canonis et multis aliis Ecclesiasticis. Proter eam hic  
etiam numerantur tres Parochiales Ecclesie, Monia-  
lium Coenobium, duo Nosocomia, et 9. laicae Confrat-  
ernitates. Diocesis multas complectitur Urbes et Ba-  
gos, horum ~~ut~~ tres incolunt Epirota, quibus la-  
tinus Sacerdos ritu Latino sacra peragit.

8. Squillacum, Squillacum, Sullacium, Sullacum,  
Syllacium, Syllacium, Syllacum, Syllacium, Sylla-  
cium, Syllacum, et Syllacium (Squillacum) Urbs  
Episcopalis, cum titulo Principatus Sita, Favelorum  
Favelone: fluvium milliari à Simi, qui ab ipso  
Simi Squillacum vocatur, g. ad Africum à Canta-  
cio. Calbris Casiodorus, qui in ea natus perhibetur,  
miris laudibus eam effert, illiusque conditorem  
famosum Ulyssem constituit; ut si id verisi-  
militate fabulosum sit, notum tamen est Gra-  
ecos olim universam Calabriam incoluisse, imò  
regionem hanc, easque omnes, quae in extre-  
mitate Italiae sitae sunt, Graciam magnam  
fuisse vocatam. Strabo vult Squillacum  
esse Atheniensium Coloniam, qua iborum aleggari-  
tiam et genium servaverit. In ea est Monas-  
terium ab ipso Casiodoro fundatum. Episco-  
patus Squillacum penè idem cum ceteris Calabriae  
Ulterioris Episcopatibus habuit initium, quamvis pri-  
mum circa medium saeculum V. illius Episcoporum nomi-  
na annotari coeperint, aut saltem ab eo duntaxat tempo-  
re annotata reperiantur. Ecclesia Cathedralis ad B.  
V. Mariam dicta habet quinque dignitates unicum  
15. Capitularibus.

Squillacum solum habet aspectu amoenum, vini, fru-  
menti, olei, p. feracissimum.

9. Tropaea, Trophaea, Ad Tropaea, Tropaea, Tropas,

Tropea, Trophaea, Trostropaea, Trostrophica (:  
 Tropea:| Urbs Episcopalis, in exigua planitie in apice saxi  
 posita ad litus maris 12. miliaris paulo versus Canorum  
 à Mileta. Munita est, populosa et bene morata, cele-  
 bris quoque à pannis bombyciniis, qui in ea conficiuntur, et  
 ad exteras regiones deportantur. Bulbura etiam est, et  
 rebus tam ad vitam necessariis, quam ad oblectamentum  
 comparatis instructa. Solum ager amoenus est et  
 fertile, in quo medicae, Citrorum Malorum et Linonis-  
 rum arbori crescunt. An. 1638. media huius urbis pars  
 terra motu destructa fuit.

Saeculo VIII. seu IX. huius urbis Episcopatus sub Graecis  
 erat in provincia Reghensi, in qua adhuc est, eidem  
 Amantianus junctus fuit, vel huc translatus. Eclesiam  
 Cathedralen ad B. V. Mariam dictam administrant 24.  
 Canonici, inter quos Decanus, Archi-Diaconus, Cantor,  
 Thesaurarius, Archipresbyter et Beneficiarius 6. prae-  
 cipua officia exercent, praeter alios Clericos et Manu-  
 narios. Praeterea ad sunt adhuc 4. Parochiales,  
 3. Virorum, et 3. Monialium Coenobia, Xenodochium,  
 Mons pietatis, Seminarium pro iuventute, et 4. Lai-  
 cae Confraternitates. In illius Diocesi numerantur  
 47. Parochiales Ecclesiae et 11000. animarum. In ea  
 Nobiles, exclusis civibus, regimen tenent. Tropeam  
 aliqui dictam volunt à trophaeis Sexti Pompeji, cum  
 Octavianum Casarem Navalipalio devicisset.

10.º Mons Leo, Mons Leonis | San Leone, Monte Leone:  
 Urbs admodum exigua inter litus maris Sinus S. Eu-  
 phemiae et versus Orientem occidentem et Apenninum  
 Montem sita à 6. miliaris versus Septentrionem à Mi-  
 leto. 17. Martii an. 1638. Terra motus devastata fuit.

11.º Miletum seu Melita | Mileto:| Urbs olim Britio-  
 num sita à 6. miliaris versus Austum à Monte Leone.  
 condita dicitur ab Asiaticis Milesiis, quorum urbem  
 in Asia à Reg. Rea Darius exciderat. An. 1075. Epis-  
 copalis facta est sub Metropoli Reghensi. Sebas-  
 tianus Conradus arbitratur eam esse, quam Cicero lib. 3.  
 Epist. ad Atticum Melitam vocat. Augustino Calmet  
 in Dict. videtur esse posse urbem Melothi. S. Paulus Apos-  
 tolus aera Christianae an. 58. Corintho Hierosolyman pro-  
 ficiens per hanc urbem transiit, et ad eam Majores  
 natu Ecclesiae Ephesinae accessit, prout narratur Act.  
 c. 20.

supra montem

Romani primum hanc urbem occuparunt, et post ipsos Rogerius Guiscardus Calabria Princeps et Siciliae Dominus illam obtinuit, eoque rem perduxit, ut Gregorius Papa VII. Sedem Episcopalem à Tauriana\* huc translulerit. Præter Ecclesiam Cathedralam ab eodem Rogerio eximatam et pinguibus proventus dotatam, occurrit adhuc Parochialis, cui præest Abbas Benedictinus. Adhuc etiam duo Monasteria et Confraternitas laica. Episcopus illius Summae Sedis immediata subiectione. Ubs haec angusta quidem est sed populosa et usque 1000. incolarum numerat. An. 1638. terræ motu multum afflictata fuit. Ab Italis subinde etiam dicitur Melito.

12. Nicotera, Nicotro, Medama [Nicotera:] Ubs vetus, cujus in Itinerario Antonini fit mentio, et Episcopalis sub Metropoli Reghensi. Sita est supra montem ad orientem ~~Medama~~ ~~Metra~~ ~~Metra~~ Sex miliaris versus septentrionem ab Ostio Mesura seu Medama [Metra] no: et 10. versus Euronotum à Tropæa. Nomen habere dicitur à victoriosa classe, quæ ibidem, cum in Italiam rediret, interduxit populum et milites tanquam incolas reliquit. Saraceni illam aliquoties penitus expilarunt, et multos homines in servitutem abducerunt. Pariter Saulo præterito illam obtinuerunt et pene devastarunt. Sensim restituta fuit, ac hodie 500. familia in ea numerantur, quæ in bis mille animabus consistunt.

Illius Episcopatus antiquissimus est, nam jam an. 787. Sergius Nicotera Episcopus legitur interfuisse Synodo Nicæna Secunda. At postmodum defecit, ac tandem an. 1392. à Papa Bonifacio VIII. Dennis erectus est, ac ac Reghensi Archiepiscopatu subiectus. In Ecclesia Cathedrali, quæ in mediâ civitate posita est, sunt 12. Canonici inter quos Archidiaconus, Decanus, Cantor, et Thesaurarius primatum tenent, necnon multi alii Ecclesiastici. Adhuc etiam 5. Virorum et 1. Virginitatis Monasteria, Nosocomium, et 5. Confraternitates laicæ.

13. Castellum Vetus [Castel Vetere seu Vecchio:] Ubs exigua versus Stilum promontorium et thera-cium urbem, à qua 10. miliaris versus Austorum distat, sita supra montem, qui Carulo vocatur; unde opinio est eam esse veterum Caulonem seu Caulonam, vel Cauloniam, et apud quosdam Aulonem Græcæ Magnæ Urbem in Buthionum provincia. Dionysius Siculus lib. 16. c. 11. illam vocat Cauloniam. Ovidius, Vir-

\* Tauriana, Taurianum, et Taurianum olim ubi Buthionum, juxta Pompeium Melam lib. 2. c. 4. et Plinium lib. 3. c. 5. Quædam hujus ultimi exemplaria habent Taurionum pro Taurianum. Idem videtur prope Pagum Baloram adhuc conseruari. Vicina erat Buthi Orestis, qui nunc Italicè dicitur Porto Ravaglioso. Atate Magni Nili ab Agaveis penitus devastata fuit, ejusque Sedes Episcopalis an. 1073. Melitum translata fuit à Gregorio Papa VII.

gilius, et Plinius illius meminerunt, et ab ipsis Caulon  
dicitur. Ovidius in Metam. ait:

Legit Caulonaque Nericiamque

Virgilius Aeneid. 3. v. 553, inquit:

Caulonisque Aras et navifragum Deylacaum.

Plinius lib. 3. c. 10. notat urbem hanc sua aetate hanc  
amplius Statiffe: Et vestigia Oppidi Caulonis. Pom-  
ponius Mela lib. 3. c. 4. et Stephanus Geographus illam  
vocant Cauloniam, ut et Diodorus. Idem Stephanus  
memorat, quod Hecataeus illam Auloniam nomen-  
pet. Ptolomaeus illius, tanquam loci devastati,  
meminit. Ajunt illam à Dionysio Siracusano  
excisam fuisse.

14<sup>o</sup> Hieracium, seu Sancta Cyriaca Urbs Episcopalis sub  
Metropoli Reghensi sita 3. miliaris à littore Maris Grae-  
ci seu Ionii, et 9. versus austrum à Castro Veteri, ad ri-  
vum qui in Mare influit, supra montem. Illius Episco-  
patus erectus fuisse perhibetur Saeculo IX. Antiquitus  
vocata fuit Lovi, locris, ut et Lovi Epizephyri à  
vicinis Promontorio, supra quod primum Statiffe di-  
citur. Adhuc hinc thesauri sulphureae, quas mulie-  
res, quae libenter soboles habent, diligenter frequen-  
tant.

15<sup>o</sup> Bova Urbs exigua et paucorum incolarum sita  
supra montem excelsum undique praecipitis sanis circum-  
datum Promontorium Spartiventum; Spartivento; in-  
ter et Reghium, propè littus australe Calabriae in cons-  
pectu Sicilianum Maris, à quo non nisi 5. miliaris dis-  
tat, 8. miliaris ad Evonotum à Reghis Julia. Est Se-  
des Episcopi Reghensis Archiepiscopi Subjecti. In hac  
urbe adhuc viget lingua Graeca.

16<sup>o</sup> Regium seu Reghium Julium; Reggio seu Reggio  
di Calabria; Urbs antiqua et Archiepiscopalis sita in  
extremata Montis Apennini ad littus Freti Siculi; Tra-  
ro di Messina; 15. miliaris versus Africum à Messana  
et 20. ad Occidentem à Bova, sub gr. Long. 35. m. 56. et  
Lat. 38. m. 18.

Strabo et Ptolemaeus hujus urbis nomen derivant à Grae-  
co Regnomi, quod ῥεγονομοσία dicitur terra mota quod  
Seipsum significat, quod hoc loco Sicilia terra mota à  
continente separata fuerit. Strabo tamen immere  
videtur, quod hujus urbis, cujus Principes Romani cives  
fuerunt, magnificentia nomini Regia occasionem se-

deserit, ex quo subinde Regium factum fuerit. Quicquid  
 ea de re sit, terra motus tot damna eidem intulerunt,  
 ut penè deserta manserit, quam deinde Julius Caesar,  
 post exturbatum à Sicilia Pompejum, demò constanti  
 curavit militibusque, qui in sua classe stipendia ma-  
 nerant, incolendam tradidit. Nec magna, nec  
 pulchra, nec opulenta est, ut quae exiguum exeret  
 commercium. Simpliciter muro cingitur, in ea tamen  
 est 1000. vel 1200. militum praesidium.

Præter Ecclesiam Cathedralen, quae magnifica est,  
 et quam 18. Canonici administrant, in hac Civitate  
 11. Parochiales numerantur, inter quas una est Cole-  
 giata, cui nomen Catholica in qua Divina Officia graeco  
 peraguntur, 6. Virorum et unum Monialium Con-  
 gregia, Collegium Jesuitarum, et Mons pietatis. Jesui-  
 ta hinc humaniora docent, Dominicani vero præter  
 humaniora etiam Philosophiam et Theologiam, et  
 apud ipsos Gradus sumuntur.

Hinc etiam certa quaedam lana ex pisce Ostrea spe-  
 ciem referente conficitur, quam incolæ Lanam Suci-  
dam vocant, et ex qua interulas, manica, calcei,  
 et alia mira levitatis panni texuntur, quas tamen  
 frigus etiam vehementissimum penetrare haud po-  
 test.

Anno 1543. Caradimus Turicae classis Praefectus illam  
 devastavit. An. 1717. turis, in qua pulvis nitratu  
 asperabatur, fulmine tacta fuit, atque una cum  
 pulvere in auras abiit, quo infortunio plus quam  
 200. homines perierunt.

#### Caput IV.

152.

De Insulis, quae circa  
 Italiae posita sunt, et etiam  
 sub ejus nomine veniunt.

Sub Italia nomine plures circum ipsam posi-  
 ta veniunt Insulae, quarum aliquae satis am-  
 plae sunt, ut Sicilia, Sardinia, et Corsica; aliae  
 minores, scilicet Ieva, Margarita, Capraria, Bla-  
 posia, Egilium, Dianum, in Mari Infero Corsicam  
 inter et Etruriam. Liparae seu Vulcanica, Stolidae  
 seu Stilia septem numero Neapolim inter et Sicili-  
 am versus Septentrionem. Tremitanae et aliae  
 ad Septentrionem Maris Adriatici posita, ac tan-  
 dem Melita, quamvis potius ad Africanam pertineat,